AUTHOR:

HILLERT, ALFRED

TITLE:

DE CASUUM SYNTAXI SOPHOCLEA

PLACE:

BEROLINI

DATE:

1896

Master Negative #

92-80479-5

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

888E
Z8 Hillert, Alfred, 1869-
v.1 De casuum syntaxi Sophoclea. Dissertatio inauguralis philologica quam...publice defendet auctor Alfredus Hillert... Berolini, Kroll's buchdruckerei, 1896
32 p. $21\frac{1}{2}$ cm.

Thesis, Berlin, 1896.

Volume of pamphlets

147213

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 03-12-1992 INITIALS Emilian
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE CASUUM SYNTAXI SOPHOCLEA

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
IN
ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE FRIDERICA GUILELMA
BEROLINENSI
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE
CAPESSENDOS
KALENDIS FEBRUARIIS A. MDCCCLXXXXVI
PUBLICE DEFENDET
AUCTOR

ALFREDUS HILLERT
POSNANIENSIS.

ADVERSARII ERUNT:
H. WACHTLER, DRD. PHIL.
E. REIMANN, DR. PHIL.
G. KAYSER, DR. PHIL.

BEROLINI 1896.
KROLL'S BUCHDRUCKEREI.

Inter omnes constat poetas vel scriptores saepenumero licentius a vulgari verborum structura recessisse. Quam varietatem omnibus fere locis inde explicandam esse pervulgata virorum doctorum solet opinio esse, quod sensus verbi vel commutatus vel amplificatus novam quandam structuram postularet. Cui explanandi rationi persaepe adstipulari non possum. Nam inde quod, quamvis metaphorice cuiuslibet sententiae exprimendae causa adhibita sint verba, structura tamen usitata servari solet, concludendum esse censeo non tam mutato verborum sensu effici ut nova structura ponatur, quam novae structurae notionem per se ipsam a poetis expetitam esse. Accuratius igitur quibus de causis poetae tritam sermonis semitam reliquerint quaerere constitui Sophoclis quibusdam locis selectis, in quibus tractandis exemplum edatur. Sophoclei autem sermonis licentiam priusquam perscruter et illustrem, e prioribus scriptoribus pauca delibabo, unde facili opera discernatur, in variandis verborum structuris utrum novam quandam inauditamque rationem adhibuerit an sermo eius ab aliorum loquendi modo omnino alienus non sit.

Iam vero accedamus ad singula exempla tractanda initium sumentes ab hoc Homeri *Φ* 225 sq.

> *πρὶν ἔλσαι κατὰ ἄστυ* (sc. *Τρῶας*) *καὶ Ἕκτορι πειρηθῆναι*
> *ἀντιβίην, ἤ κέν με δαμάσσεται, ἦ κεν ἐγὼ τόν.*

Variant sententiae virorum doctorum de explanando dativo *Ἕκτορι*. Weidenkaffius[1]) quidem, ut Eusthatium refellat qui *Ἕκτορι* antiptosin esse pro *Ἕκτορος* censet, eo confugit ut dativum ex adverbio *ἀντιβίην* pendere dicat. Comparantur enim Homeri versus *Α* 277 sq. ... *θέλ' ἐριζέμεναι βασιλῆι ἀντιβίην* ...

[1]) De usu genitivi apud Homerum 1865 p. 17.

et *E* 219 sq. *πρίν γ' ἐπὶ νὼ τῷδ' ἀνδρὶ . . . . . . ἀντιβίην ἐλθόντε σὺν ἔντεσι πειρηθῆναι.* Tantum abest ut fulciatur his exemplis illius opinio, ut ex ipso illo loco *Λ* 277 appareat potius etiam *Φ* 226 *ἀντιβίην* abundanter sententiae illustrandae causa initio insequentis versus additum esse; neque dubitari potest, quin altero loco *E* 219 iungendum sit *ἀντιβίην ἐλθόντε.* An cum Kuehnero[1]) et Walthero[2]) censendum est e nova pugnandi vel certandi[3]) notione quam subaudimus dativum illum pendere, quippe cui opinioni faveant aliquantum Homeri illa *σὺν ἔντεσι πειρηθῆναι?* Equidem contra nitendum esse persuasum habeo, quod ea ipsa quae simul audienda est notio alias dativum non flagitat, sed genitivum admittere solet[4]). Atque plurimum conducit conferre haec *Τ* 70 sq. *ὄφρ' ἔτι καὶ Τρώων πειρήσομαι ἀντίος ἐλθών, αἴ κ' ἐθέλωσ' ἐπὶ νηυσὶν ἰαύειν*, unde efficitur dativum *Ἕκτορι* illo loco minime e sola certandi notione explicandum esse. Itaque propius ad veritatem accessisse mihi videtur Kruegerus[5]), qui vulgarem verbi *πειρᾶσθαι* notionem servans verterit: sich mit Hector versuchen. Quod vero vir ille doctissimus comparat Homeri *γ* 23 *μύθοισι πεπείρημαι*[6]) i. e. ich habe mich mit, in Worten versucht, hoc scilicet exemplo omnes dubitationes praeciduntur, etiamsi aliter de dativo *Ἕκτορι*, aliter de *μύθοισι* iudicandum esse videatur. Nam quamquam facile concedo, casus localis notionem saepissime pro instrumentali substitutam[7]) esse, ita ut nonnumquam dubitari liceat,

[1]) Griechische Grammatik[2] II. 1. (Syntax) 1870 p. 356.

[2]) De dativi instrumentalis usu homerico 1874 p. 19.

[3]) Quam versionem Delbrueckius et ipse probat, quasi ea sola dativus excusetur: Grundlagen der griechischen Syntax p. 59 (Syntact. Forsch. IV 1878, 9).

[4]) Cf. *Υ* 352 al.

[5]) Griech. Sprachlehre II § 47, 12, 6 (cf. Matthiae: Ausführliche griech. Grammatik 1835[3] § 404). Temptandi vero notionem mittendam non esse, elucere puto e sententia quae sequitur interrogativa *ἦ κεν* . . .

[6]) Structuram solam innovavit poeta hoc quoque loco *Ψ* 670 sq. . . . *ἐν πάντεσσ' ἔργοισι δαήμονα φῶτα γενέσθαι.* Fortasse huc spectat etiam *Ο* 282 sq.

[7]) Cf. Denecke: De vi atque usu dativi localis et temporalis in Homeri carminibus 1885 p. p. 19. 27. Qua licentia tragicorum quoque sermo abundat.

qualem significationem nudi dativi nulla praepositione addita complectantur, tamen pro certo habeo dativum *Ἕκτορι* aliter intelligendum esse atque *μύθοισι*, scilicet hunc esse modalem vel instrumentalem[1]), illum illustrari his exemplis, ubi dativi personae, ut ita dicam, inveniuntur *Ο* 87 sq. *Θέμιστι δὲ καλλιπαρήῳ δέκτο*[2]) *δέπας*; *Β* 186 *δέξατό οἱ σκῆπτρον.* Quem dativum quinti saeculi poetae quoque exceperunt velut Soph. Ant. 1170 sq. *τἄλλ' ἐγὼ καπνοῦ σκιᾶς οὐκ ἂν πριαίμην ἀνδρὶ πρὸς τὴν ἡδονήν* Arist.[3]) ran. 1229 *ἐγὼ πρίωμαι τῷδ'*; Soph. El. 226 sq. *τίνι . . . . πρόσφορον ἀκούσαιμ' ἔπος.* Num opus est iterum monere, quo spectat propositum meum, ex his tam diversis exemplis luce clarius apparere e nova verbi *πειρᾶσθαι* notione dativi *Ἕκτορι* causam petendam non esse? Utrum igitur dativum poeta posuerit metri necessitate coactus an ob id ipsum, quod dativi notio hoc loco gratior ei videbatur esse, effici non potest. Quo autem modo dativi, quos modo attuli, a poetis sint intellecti, coniectura sola non diiudicem. Delbrueckius[4]) ipse de huiusmodi dativo, qui verbis quoque regnandi[5]) aliis iungitur, nonne dubitat utrum dativus genuinus an localis statuendus sit?

Pindarum vero ipsis antiquis temporibus mirati sunt viri grammatici praeter vulgarem usum verbis tangendi casum tertium pro usitato genitivo iunxisse, ita ut haec proprietas *σχῆμα Πινδαρικόν*[6]) nominaretur.

[1]) Cf. *ϑ* 377. 120.

[2]) Cf. *π* 40. Preger: Inscriptiones graecae metricae 1891 nr. 57. 143. Kaibel: Epigr. gr. 740 (1878).

[3]) Cf. Delbrück: Grundriss der vergleichenden Grammatik der indogermanischen Sprachen (Syntax) 1893 p. 227, eiusdem: Grundlagen der griech. Syntax p. 56, eiusdem: Ablativ, Localis, Instrumentalis 1867 p. 40. Plura exempla Aristophanea congesta sunt a Th. Kockio in adn. ad h. l. Tamen in dubio relinquam num *πρίασθαί τινι* cum germanica locutione jem. abkaufen comparandum sit; quod, si verum, verba *πειρᾶσθαι* et *ἀκούειν* et ipsa tali modo tractanda sunt. Neque verba simplicia cum compositis comparari licet.

[4]) Cf. Grundriss p. 247. Deneckius l. l. p. 23 sq. dativum genuinum intelligit.

[5]) Cf. Hom. *λ* 485, 559, *π* 264, Pind. P. X 2, Ol. VII 87, Aesch. Prom. 49, 940. Eur. Andr. 666, Hel. 396 al. Cf. Krüger l. l. II 47, 20, 3.

[6]) Cf. Schol. Pind. Pyth 295 *τὸ σχῆμα σύνηθες τῷ Πινδάρῳ.*

Errore capti mihi esse videntur viri docti[1]) de analogia verborum propinquandi cogitantes: nam appropinquandi significatio alia de causa dativum postulat; neque iudicandum est verba tangendi illa notione subiecta dativum sibi vindicasse, quam refellere opinionem supersedeo.

Age, sis, nunc exempla ipsa inspiciamus, quaecumque e re mihi esse videntur:

Isthm. III 29 sq. *ἀνορέαις δ' ἐσχάταισιν οἴκοθεν στάλαισιν ἅπτονθ' Ἡρακλείαις* — Ol. III 43 sq. *νῦν δὲ πρὸς ἐσχατιὰν Θήρων ἀρεταῖσιν ἱκάνων ἅπτεται οἴκοθεν Ἡρακλέος σταλᾶν.*

Pyth. IX 42 *τὸν οὐ θεμιτὸν ψεύδει θιγεῖν* — ibid. III 29 *ψευδέων δ' οὐχ ἅπτεται.*

Ol. I 86 *οὐδ' ἀκράντοις ἐφάψατο ἔπεσι* — ibid. IX 12 *οὔτοι χαμαιπετέων λόγων ἐφάψεαι.*

Nem. III 13 sq. *Αἰακοῦ σεμνῶν γονάτων . . . ἅπτομαι* — Pyth. IX 119 sq. *ὃς ἂν πρῶτος θορὼν ἀμφί οἱ ψαύσειε πέπλοις.*

Pyth. X 28. *ὅσαις δὲ βρότεον ἔθνος ἀγλαΐαις ἁπτόμεσθα* Nem. VIII 35 sq. *κελεύθοις ἁπλόαις ζωᾶς ἐφαπτοίμαν* — ibid. IX 47 *οὐκέτ' ἔστι πόρσω θνατὸν ἔτι σκοπιᾶς ἄλλας ἐφάψασθαι ποδοῖν* Pyth. VIII 60 *μαντευμάτων ἐφάψατο συγγόνοισι τέχναις.*

Pyth. IV 295 sq. *ἔν τε σοφοῖς . . . . πολίταις ἡσυχίᾳ θιγέμεν* Nem. IV 35 *ἴυγγι δ' ἕλκομαι ἦτορ νεομηνίᾳ θιγέμεν* Pyth. VIII 21 sqq. *ἔπεσε δ' οὐ Χαρίτων ἑκὰς ἁ δικαιόπολις ἀρεταῖς κλειναῖσιν Αἰακιδᾶν θιγοῖσα νᾶσος* — Isthm. I 16 *ἔν τ' ἀέθλοισι θίγον πλείστων ἀγώνων* al.

frgm. 121 (Bergk) *τοῦτο γὰρ ἀθανάτοις τιμαῖς ποτιψαύει μόνον*[2]).

Vides idem verbum aut verba prorsus synonyma et cum dativo et cum genitivo iuncta esse ad sententiam eandem exprimendam ita ut nullum notionis discrimen cognosci possit.

[1]) Velut Kühner l. l. p. 299 adn. 7. Cf. Boeckh ad Pind. Ol. I 86. Bernhardyus: Wissenschaftliche Syntax der griech. Sprache 1829 p. 95 persuasum habet novam verbi *ἅπτεσθαι* notionem (sich in Verbindung setzen) dativum postulare, sed quod laudat exemplum Aesch. Sept. 207 *ἁπτόμενον πυρὶ δαΐῳ,* male intellexisse videtur ille vir doctissimus.

[2]) Cf. θ 547 *ὅς τ' ὀλίγον περ ἐπιψαύῃ πραπίδεσσιν*, ubi *πραπίδεσσιν* dativum modalem esse non putaverim.

Contra idem casus his verbis iunctus est, quamvis variae eis subsint notiones. Quae cum ita sint, concludendum est, novam quandam verborum notionem investigandam non esse, qua explicetur insolentior dativi structura. Itaque iam Friesius[1]) rectam interpretandi viam ingressus esse mihi videtur, cum ipsas casuum notiones intelligere et explanare satis habuit. Erravit autem vir doctissimus, cum utramque structuram insolentius a Pindaro dici ratus illum genitivum, qui verbis directionis, ut ita dicam, adnectitur, cognoscendum esse statuit. Immo Pindarum *ψευδέων ἅπτεται*, ut hoc utar exemplo, ita iunxisse credo, ut genitivus obiecti loco esset. Audaciora vero temptavit poeta, cum dativum adhibuit, quod notio dativi cum verbis tangendi vulgo consociata non est. Quod si hic dativus (intelligo instrumentalem[2]) obiecti loco positus non est, statuendum est in usu verborum tangendi commutato dativum niti. Verba enim illa velut intransitive abhibita mihi esse videntur, id quod germanice pronomine reflexivo addito exprimi solet (sich berühren[3]).

Idem iudicandum est de verbo *νομίζειν*, cui Herodotus dativum instrumentalem adnexuit, sive ipse novavit sive apud Iones iam antea haec locutio in usu erat. Neque enim e variata utendi notione structurae vices explicandas esse facile concedes, si haec exempla tecum reputaveris, ubi eadem verbi *νομίζειν* significatio duas structuras tulit: Herod. IV 117 *φωνῇ δὲ οἱ Σαυρομάται νομίζουσι Σκυθικῇ* — ibid. II 42 *Ἀμμώνιοι . . . . φωνὴν μεταξὺ ἀμφοτέρων νομίζοντες.* Quibus addo haec quoque exempla: Thuc. II 38, 1 *ἀγῶσι μέν γε καὶ θυσίαις διετησίοις νομίζοντες, ἰδίαις δὲ κατασκευαῖς εὐπρεπέσιν* — Pind. Isthm. II 38 *ἱπποτροφίας τε νομίζων ἐν Πανελλάνων νόμῳ.*

[1]) De casuum singulari apud Pindarum usu 1866 p. 63.

[2]) Idem fere sensisse videtur Friesius (l. c.) iudicans dativo notari ipsam coniunctionem quae studio assequendi effecta est.

[3]) Aeschyli verba Agam. 431 sq. *πολλὰ γοῦν θιγγάνει πρὸς ἧπαρ* ad hanc quaestionem excutiendam nullius momenti sunt neque huc referendi sunt hi loci Soph. Ai. 839 *χωρεῖ πρὸς ἧπαρ* et Eur. Hipp. 1070 *αἰαῖ πρὸς ἧπαρ. δακρύων ἐγγὺς τόδε* (sic Wilamowitzius: Euripides Hippolytus 1891 ad h. l.).

Thuc. III 82, 9 ὥστε εὐσεβείᾳ μὲν οὐδέτεροι ἐνόμιζον — Aesch. Cho. 101 κοινὸν γὰρ ἔχθος ἐν δόμοις νομίζομεν[1]).

Paucis verbis disserere liceat de hoc Pindari loco Pyth. IV 40 sq. ἦ μάν νιν ὤτρυνον θαμὰ λυσιπόνοις θεραπόντεσσιν φυλάξαι. Sequamurne Friesium[2]) consentem dativum eo excusari, quod notio imperandi animo obversetur? Hac autem via nihil nos proficere mox intelliges, praesertim cum inter omnes constet apud Graecos ipsos imperandi notione minime dativum flagitari. Summo igitur iure alii viri[3]) docti analogiam verbi κελεύω commemoraverunt, cui eandem ob causam dativus quoque adiunctus est. Quam licentiam[4]) fortasse conferri licet cum Goethei illo: Wer ruft mir[5]). Loco enim obiecti, quod his verbis transitivis iungi solet, dativus genuinus substitutus est, qua ratione verbi ipsius vis augetur. Quae locutio latius manavit quam ut pluribus verbis opus sit[6]).

Iam videamus quid iudicandum sit de genitivo, qui cum verbo τέρπεσθαι ab Homero iunctus est. Vulgo[7]) enim censetur hoc verbum, si genitivus adhibetur, notionem satiandi complecti, si dativus, delectandi. Tamen non omnibus locis, ubi genitivus legitur, notio satiandi placet velut hoc loco ψ 211 sq.

οἳ νῶϊν ἀγάσαντο παρ᾽ ἀλλήλοισι μένοντε
ἥβης[8]) ταρπῆναι καὶ γήραος οὐδὸν ἱκέσθαι

[1]) Dativum verbo νομίζω adiunctum invenis his quoque locis Herod. IV 63. II 50. Cf. Kühner l. l. p. 379. Bernhardy l. l. p. 103.

[2]) l. l. p. 65.

[3]) Wannowski: Syntaxeos anomalae Graecorum pars 1835 p. 239. Kühner l. l. p. 358. Sed tamen verbum ἐπιτάσσω, quod ipsum quoque affertur, amotum velim, utpote quod verbum compositum sit.

[4]) De dativo αὐτῇ Soph. El. 299 sq. (σὺν δ᾽ ἐποτρύνει πέλας ὁ κλεινὸς αὐτῇ ταῦτα νυμφίος παρών) dubitari licet, num e verbo ἐποτρύνει pendeat.

[5]) Cf. Grillparzer: Tristia ex Ponto 1. Böse Stunde v. 1.

[6]) Huc pertinent γεγωνέναι, κέλομαι (de Homeri ρ 555 vide Haeuslerum: De proprietate quadam elocutionis Aeschyleae 1889 p. 17) ὠφελεῖν (τινι velut Aesch. Pers. 842 Soph. Ant. 460 Eur. Herc. f. 499 al.) al.

[7]) Walther l. l. p. 51. Delbrück: Grundriss p. 315.

[8]) Genitivus βίου Eur. Jon 1376 καί τι τερφθῆναι βίου e pronomine τι pendere videtur.

Deinde his quoque Homeri locis sensum satiandi non premendum esse censeo

λ 211 sq. ὄφρα καὶ εἰν Ἀΐδαο . . . .
ἀμφοτέρω κρυεροῖο τεταρπώμεσθα γόοιο[1])
ψ 345 sq. . . . Ὀδυσῆα ἐέλπετο (sc. Ἀθήνη)
εὐνῆς ἧς ἀλόχου ταρπήμεναι ἠδὲ καὶ ὕπνου.

(cf. Ω 2 sq.). Quid? quod verba satiandi ipsa quoque cum dativo iuncta inveniuntur sensu non mutato? Velut Θ 378 sq. κορέει κύνας ἠδ᾽ οἰωνοὺς δημῷ καὶ σάρκεσσι[2]). Λ 818 sq. ἄσειν (sc. ἐμέλλετε) . . . κύνας ἀργέτι δημῷ. Quod si primitiva ac vulgaris verbi τέρπω notio, quae a G. Curtio[3]) vertitur erfreue, in Homeri carminibus non solum omnibus[4]) locis ferri potest, sed etiam una longe aptissima est, summo iure contendendum est, eandem notionem verbi τέρπεσθαι utramque structuram haud secus ac verba satiandi admittere atque id ipsis antiquissimis temporibus, praesertim cum sanscrita quoque lingua[5]) eandem proprietatem praebeat. Neque miri quicquam habet haec structurarum varietas, quam non solum Homeri aetate sed etiam tragicorum[6]) poetarum permulta alia verba passa sunt. Inspice quaeso haec quae sequuntur exempla[7]) Π 410 πυρὸς μειλισσέμεν ὦκα (sc. νεκρόν) Ζ 331 μὴ τάχα ἄστυ πυρὸς δηΐοιο θέρηται (cf. Λ 666 sq.) Ι 242 αὐτάς (sc. νῆας) τ᾽ ἐμπρήσειν μαλεροῦ πυρός (cf. Π 81 sq.) ρ 23 ἐπεί κε πυρὸς θερέω σ 21 sq. μή σε . . . χείλεα φύρσω αἵματος

[1]) Cf. Ψ 98. 10. Ω 513. ι 213. 251. φ 57; cum dativus inveniatur δ 102 γόῳ φρένα τέρπομαι. De translaticio hoc verbi τέρπεσθαι usu iam recte iudicavit J. H. Schmidtius: Synonymik der griech. Sprache (1876–86) II p. 565.

[2]) Cf. N 831 sq. et Herod. III 80 ὕβρι κεκορημένος.

[3]) Grundzüge der griech. Etymologie [5] 1879 p. 223.

[4]) Vide haec quae restant genitivi exempla Ι 780. ε 201. γ 70. ζ 99. Ι 705 sq. ψ 300 τὼ δ᾽ ἐπεὶ οὖν φιλότητος ἐταρπήτην ἐρατεινῆς, τερπέσθην μύθοισι, ubi dativus et genitivus iuxta positi inveniuntur. Dativus exstat in hisce Homeri exemplis: Β 773 sq. Η 61. Φ 45. ξ 244 sq. ζ 104. Γ 441.

[5]) Cf. Delbrück: Grundriss p. p. 254. 315.

[6]) Cf. p. 14.

[7]) Dativi exempla, qui vulgo illis verbis adiungatur, enumerare supersedeo.

(ibid. v. 173 *δάκρυσι πεφυρμένη*) ε 72 sq. *λειμῶνες μαλακοὶ ἴου ἠδὲ σελίνου θήλεον* ο 333 sq. *τράπεζαι σίτου καὶ κρειῶν ἠδ' οἴνου βεβρίθασιν* (cf. ι 219) γ 408 *ἀποστίλβοντες ἀλείφατος*[1]) ι 219 sq. *στείνοντο δὲ σηκοὶ ἀρνῶν ἠδ' ἐρίφων* Ι 137 *νῆα χρυσοῦ νηησάσθω* (cf. ibid. 279) Ι 214 *πάσσε* (sc. *κρέα*) *ἁλός*. Quae cum legantur, non dubito censere verbum quoque *τέρπεσθαι* loco dativi instrumentalis[2]) genitivum, ut videtur, ablativi vi praeditum[3]) sibi vindicasse.

Neque omittam verbi *εἰδέναι* usum in Homericis, ubi saepissime cum genitivo construitur. Quod autem Delbrueckius[4]) dicit verbum *εἰδέναι* in Homeri carminibus persaepe sibi velle „erfahren sein", cavendum est ne putes hac e notione genitivum[5]) pendere. Quidni moneamus eandem notionem audiri, cum accusativus positus est? Satis habeo haec afferre exempla Γ 202 *εἰδὼς παντοίους τε δόλους καὶ μήδεα πυκνά* Ι 270 *ἀμύμονα ἔργα ἰδυίας* Λ 719 *ἴδμεν πολεμήια ἔργα* Β 831 sq. *ὃς περὶ πάντων ᾔδεε μαντοσύνας*. Equidem facere non possum quin statuam e variata verbi significatione genitivum explicandum non esse, sed aut ex insolentiore genitivi notione aut e natura verbi

[1]) Ablativi notionem non intelligunt Delbrueckius: Grundriss p. 329 et Brugmannius (Iw. Müller, Handbuch der klass. Altertumswiss. II² p. 206).

[2]) De sanscrito sermone testatur Delbrueckius, Grundlagen p. 57: idem vir doctus de graeco dativo ambigue indicavit A. L. I. p. 38 sq. et Grundlagen p. 57 et Grundriss p. 254.

[3]) Genitivum attributivum intellegit Delbrueckius, Grundlagen p. 40 et Grundriss p. 315. Munera vero dativi instrumentalis hunc genitivum suscepisse iudicant Heilmannius, De genitivi graeci maxime homerici usu 1873 p. 42 sq. et Klinghardtius, De genitivi usu homerico et hesiodeo 1879 p. 31 sqq. Ablativi autem notionem mittendam non esse tenendum est.

[4]) Grundriss p. 311. Neque analogia adiectivi *ἐπιστήμων* al. advocanda est, (id quod censet Weidenkaffius, De usu genitivi apud Homerum 1865 p. 7), cum haec quoque exempla inveniantur: Μ 228 sq. *ὃς σάφα θυμῷ εἰδείη τεράων* Ο 411 *ὅς ῥά τε πάσης εὖ εἰδῇ σοφίης*.

[5]) Genitivi exempla exstant haec: Ι 440 sq. *οὔπω εἰδόθ' ὁμοιίου πολέμοιο οὐδ' ἀγορέων* Ρ 5 *οὐ πρὶν εἰδυῖα τόκοιο* Δ 310 *πολέμων εὖ εἰδώς* (cf. Ζ 438 *θεοπροπίων* Ο 525 *αἰχμῆς* Β 718 *τόξων* [ibid. 720 Δ 196, 206 Ε 245 Μ 350. 363]; Ο 527 *θούριδος ἀλκῆς* [cf. Ι 710] δ 818 *οὔτε πόνων . . οὔτ' ἀγοράων* ε 250 *τεκτοσυνάων* Β 823 *μάχης . . πάσης* [cf. Ε 11. 549. Μ 100]) α 202 *οἰωνῶν σάφα εἰδώς* Ψ 665 *εἰδὼς πυγμαχίης* (cf. Κ 316 *εἰδότε θήρης* Ε 608 *χάρμης*).

εἰδέναι. Neque desunt exempla, quae eius modi loquendi genus exhibeant: φ 35 sq. *οὐδὲ τραπέζῃ γνώτην ἀλλήλων* ψ 108 sq. *ἦ μάλα νῶϊ γνωσόμεθ' ἀλλήλων*[1]) Pind. Pyth. IV 279 sqq. *ἐπέγνω*[2]) *μὲν Κυράνα . . . . δικαιᾶν Δαμοφίλου πραπίδων* σ 34 *τοῖιν δὲ ξυνέηχ'*[3]) *ἱερὸν μένος Ἀντινόοιο* Φ 487 *εἰ δ' ἐθέλεις πολέμοιο δαήμεναι*[4]). Optime vero haec sermonis proprietas illustratur aliis quibusdam exemplis ex eodem Homero allatis; quae si cui diversa ab illis, quae modo adscripsi, esse videantur, videas quantum ad rectam interpretationis viam inveniendam valeant. Leguntur enim haec: λ 174 *εἰπὲ δέ μοι πατρός τε καὶ υἱέος* λ 492 sq. *ἀλλ' ἄγε μοι τοῦ παιδὸς ἀγαυοῦ μῦθον ἐνίσπες . . . . εἰπὲ δέ μοι Πηλῆος*[5]). Quibus perspectis in eam sententiam adductus sum genitivum pendere e nomine quodam substantivo audiendo, ita ut genitivus attributivus sit intelligendus (Kenntnis, Kunde haben, bekommen von etwas u. s. w.). Nescio autem an quis existimet ablativi notionem cum his verbis a primordiis consociatam fuisse, quae tamen opinio, cum genitivus nudus ipse nihil praebeat, quo quis nitatur, neque e reliquo usu verborum quae huc spectant[6]) certi quicquam enucleari possit, argumentis firmari nequit. Quae res utut se habet, rationem ac viam interpretandi indicasse satis habeo.

Nunc paucis tangam Homeri verba Ε 309 sq. *ἐρείσατο χειρὶ παχείῃ γαίης* (cf. Λ 355 sq.), quae varium in modum explicantur.

[1]) Cf. Δ 357 *ὡς γνῶ χωομένοιο*. Genitivum autem attributivum hoc intellexerim loco Β 348 sq. *πρὶν καὶ Διὸς αἰγιόχοιο γνώμεναι εἴτε ψεῦδος ὑπόσχεσις, εἴτε καὶ οὐκί*. Similiter iudico de Aesch. Eum. 915.

[2]) Perverse iudicat Friesius l. l. p. 69 genitivum positum esse, quod notio affinis verbi *πειρᾶσθαι* subrepserit.

[3]) Cf. Β 26 Ι 273 Thuc. I 3, 4. Fortasse huc spectat hic quoque Homeri versus δ 76 *τοῦ δ' ἀγορεύοντος ξύνετο ξανθὸς Μενέλαος*.

[4]) Cf. ι 325.

[5]) Qua locutione inter tragicos poetas unus Sophocles, quantum nos quidem videmus, usus esse videtur. Cf. Ai. 1236. O. R. 700 sq. O. C. 355. 661. El. 317. Trach. 928. 1122. Phil. 441. Verba *ἀναξίου μὲν φωτὸς ἐξερήσομαι* temerius dici non concedo F. W. Schmidtio, qui scripturam quae traditur corrigendam esse censet (Kritische Studien I 1886 p. 244).

[6]) Velut *πυνθάνεσθαι, αἰσθάνεσθαι, ἀκούειν, κλύειν, ἀΐειν*. Genitivum autem *ὧν* Soph. Trach. 399 *ὧν γ' ἂν ἐξειδὼς κυρῶ* e praecedentis versus verbis *τὸ πιστὸν τῆς ἀληθείας* pendere puto.

Delbrueckius[1]) quidem verbum *ἐρείδεσθαι* in numero verborum tangendi habet, quasi tali notione factum sit, ut genitivus *γαίης* ponatur. Sed ista ratio minime probanda est quippe quae mira quadam inauditaque licentia poetas usos esse fingat. Qua concessa nonne eodem iure contendi licet aliorum quoque verborum notiones sub verbo *ἐρείδεσθαι* audiendas esse[2])? Porro si vulgarem verbi *ἐρείδεσθαι* notionem negligere nolumus, num Hentzii[3]) iudicio stabimus, qui genitivum partitivum intelligit? Sed videre non possum cur genitivus partitivus a poeta antepositus sit dativo qui dicitur localis, cum illa notio omnino aut insulsa aut supervacanea mihi videatur esse. Equidem imaginem expressiorem evadere moneam, si ablativi vim utroque loco latere statuimus, qua ratione illum quoque genitivum *πεδίοιο* explico[4]), de quo alii aliter iudicaverunt[5]).

Neque longius morabor in tractandis Homeri illis *μέσσον δουρὸς ἑλών* (*Γ* 78, *Η* 56). Quem genitivum verbo *αἱρεῖν* adiunctum Klinghardtius[6]) intelligi posse negavit nisi *αἱρεῖν* a primaria recedens significatione in sensum verborum *λαμβάνεσθαι, ἅπτεσθαι* transiisse sumeremus. Neque vero a vulgari notione sensus declinavit neque tali deverticulo opus est. Si locos, quos attuli, comparaveris, statim concedes exponendum fuisse, qua ex parte (*μέσσον*) Hector hastam, quam manu tenebat, prehenderet, quae notio genitivo continetur[7]). Comparentur haec: *Α* 591 *ῥῖψε*

---

[1]) Grundriss p. 321.

[2]) Cogito de verbo *ὀρέγεσθαι* sim.

[3]) Philologus XXVIII p. 513. Cf. Brugmann l. l. p. 206.

[4]) Ante omnia haec laudo exempla: *Ο* 681 *σεύας ἐκ πεδίοιο μέγα προτὶ ἄστυ δίηται* *Φ* 541 sq. *κεκονιμένοι ἐκ πεδίοιο φεῦγον*. Quibus illustrari puto haec exempla: *Β* 801 *ἔρχονται πεδίοιο μαχησόμενοι περὶ ἄστυ* *Ν* 820 *οἵ* (sc. *ἵπποι*) *σε πόλινδ' οἴσουσι κονίοντες πεδίοιο*. Cetera haec sunt *Ψ* 372. 449. *Θ* 112; *Φ* 246 sq.; ibid. 602, *Ε* 597 sq., *Λ* 244 (cf. *Ψ* 521), *Ζ* 506 sq. (cf. *Ο* 264), *Ζ* 38 (cf. *Σ* 7), *Κ* 353.

[5]) Sunt qui persuasum habeant, genitivum munera localis ipsius sibi vindicasse, velut Kruegerus l l. § 46, 1, 1 et Delbrueckius A. L. I. p. p. 32. 36, quam opinionem probare non possum.

[6]) De genitivi usu homerico etc. p. 23.

[7]) Cf. *αἱρεῖν τινά τινος* *Λ* 197. 323, *Λ* 542, *Ε* 30 al. Fortasse conicere licet a primis temporibus pro genitivo, qui obiecti loco postea cum his verbis et similibus iungitur, ablativi notionem substitutam fuisse.

(sc. *με*) *ποδὸς τεταγών* *Ο* 716 *Ἕκτωρ δὲ πρύμνηθεν ἐπεὶ λάβεν, οὐχὶ μεθίει* *Π* 406 *ἕλκε δὲ δουρὸς ἑλὼν ὑπὲρ ἄντυγος*. Sed haec locutio notior est quam ut pluribus exemplis eam illustrari opus sit.

Verborum *ἀντᾶν, ἀντιάζειν* sim. usum omittere mallem, nisi Delbrueckius[1]) cum verbis tangendi ea comparasset, ita ut facile quispiam in errorem perduci possit, genitivi structuram pendere ex suppleta aliena notione. Ac primum quidem monendum est primitivam atque vulgarem notionem obviam eundi non solum dativum[2]) requirere, sed etiam genitivum admittere, velut *Π* 231 *οὐ ἂν σέθεν ἀντιάσαιμεν* *Π* 423 *ἀντήσω γὰρ ἐγὼ τοῦδ' ἀνέρος* *ω* 56 *οὗ παιδὸς τεθνηότος ἀντιόωσα* *π* 254 *τῶν εἴ κεν πάντων ἀντήσομεν ἔνδον ἐόντων*. Itaque nullius momenti esse censeo ad genitivum explicandum, quod re vera haec verba, si metaphorico sensu[3]) usurpantur, genitivum sibi vindicare solent. Quid? quod ne translatione quidem usi poetae dubitaverunt dativum cum his verbis iungere, velut *λ* 416 *ἤδη μὲν πολέων φόνῳ ἀνδρῶν ἀντεβόλησας* (cf. *ω* 87) Pind. Isthm. V 14 sq. *τοίαισιν ὀργαῖς εὔχεται ἀντιάσαις*[4]) *ἀΐδαν γῆράς τε δέξασθαι πολιόν* (sc. *ὁ Κλεονίκου παῖς*). Equidem censeo de verbo *ἀντᾶν* et similibus item iudicandum esse ac de adiectivis *ἀντίος, ἐναντίος,* similibus, quae eandem structurarum varietatem exhibent. Atque de his egregie disseruit Matthiaeus[5]) ita

---

[1]) Grundriss p. 321. Cf. Friese l. l. p. 64.

[2]) Cf. *Ζ* 127 (*Φ* 151. 431) *σ* 147, *Ζ* 399, *Η* 423 (*ο* 697 sq.) *Π* 788, *Χ* 203, *Λ* 809, *Η* 113 sq. *Ν* 210, 246 *Π* 847, *η* 19, *χ* 360, *ι* 237.

[3]) Cf. *Δ* 342 *μάχης ἀντιβολῆσαι* (*Μ* 316, *Υ* 125 sq. *Η* 158), *Μ* 368 *ἀντιόω πολέμοιο* (*Ν* 752. 214 sq.) *Μ* 356 *ὄφρα πόνοιο . . . ἀντιάσητον* *Ψ* 643 sq. *ἔργων* *Ω* 62 *ἀντιάασθε, θεοί, γάμου* (*γ* 44, 97, *ρ* 44); *χ* 27 sq. *οὐκέτ' ἀέθλων ἄλλων ἀντιάσεις* *δ* 547 *σὺ δέ κεν τάφου ἀντιβολήσαις*, *ζ* 193 *ὧν ἐπέοιχ' ἱκέτην . . . ἀντιάσαντα*, *ψ* 402, 306. Haec addo *α* 25 *γ* 435 sq. *Λ* 66 sq. *Ν* 290. Pind. Ol. XIII 29, X 41 sq. Aesch. Suppl. 36 sq. (*ἀγρίας ἁλὸς ἀντήσαντες* i. e. saevum mare nacti, cf. Matthiae l. l. p. 800) Soph. El. 869 sq. *οὔτε του τάφου ἀντιάσας οὔτε γόων παρ' ἡμῶν* (sepulcrum adeptus, cf. Schenk: De genuini quem vocant genitivi apud Aeschylum usu 1882 p. 118).

[4]) „Talium votorum compos factus". Cf. Matthiae l. l. p. 328 adn. Kuehner p. 303 adn. 11 et p. 357.

[5]) l. l. § 366 adn. 2. Quod supersedeo verba facere de Buttmanni explicandi ratione (Lexilogus I p. 8 sq.), quam recepit Weidenkaffius l. l. p. 29, nemo mihi vitio vertet, cum iam Matthiaeus summo iure eam refutaverit (l. l. p. 800 adn. y).

locutus: „Mir scheinen beide Constructionen der Sache nach völlig gleichbedeutend und nur in der Ausdrucksweise nach verschiedenen Rücksichten verschieden zu sein“. Ablativi autem usus num a primis temporibus cum horum verborum notione iunctus fuerit, in disceptationem mihi vocandum esse videtur. Quam rem equidem diiudicare non possum.

His praelibatis nunc ad Sophoclem ipsum transgrediamur. Vidimus enim, si recte interpretatus sum quae attuli, structurarum varietatem non explicandam esse e sensu verborum mutato. Immo totum in eo est, ut structurae per se ipsae intelligantur; syntactica enim ratio sola persaepe variata est. Latius autem fluxit ista, quam restringere institui, explicandi ratio in Sophocleo sermone iudicando, cuius age iam examinemus exempla quaedam, quae non recte mihi intellecta esse videntur.

Incipiam a Philoctetae versu 1011 sq.

δῆλος δὲ καὶ νῦν ἐστιν ἀλγεινῶς φέρων
οἷς τ' αὐτὸς ἐξήμαρτεν οἷς τ' ἐγὼ 'παθον.

Vulgo dativum verbo *ἀλγεινῶς φέρειν* adiunctum esse iudicatur non tam ex analogia verborum succensendi, sed quod audiretur[1]) haec notio. Ac primum quidem monendum, novam illam notionem hoc loco minime desiderari aut flagitari. Nonne statim elucet nulla significatione praeclarius Neoptolemi demissionem animi doloremque exprimi potuisse nisi ea, quae propria est verbo. Neque omnino intelligo hunc dativum insolentius exhiberi, ita ut nova quaedam explicandi ratio petenda sit. Quid? verba dolendi nonne vulgo dativum[2]) pro accusativo sibi adnectunt? Cur non licet *ἀλγεινῶς φέρειν* idem ferre? Neque iam haesitabis, si haec exempla conspexeris: Eur. Andr. 1233 sq. *τοῖς παροῦσιν κακοῖς μηδέν τι λίαν δυσφορεῖν* Aesch. Cho. 81 sq. *δακρύω . . . . ματαίοισι δεσποτᾶν τύχαις*[3]). Multum expedit exempla afferre, ubi praepo-

[1]) Cf. Nauck ad h. l. Ellendt: Lexicon Sophocleum [2] 1872 p. 25 s. v. *ἀλγεινῶς* [„cum dativo iunctum quia i. q. *ἀγανακτῶν*“].

[2]) Cf. Aesch. Prom. 288 *τύχαις συναλγῶ* (cf. Eur. Rhes. 807. Moschion IX 10 (N.) Soph. El. 1201 *τοῖς ἴσοις ἀλγῶν κακοῖς* id. O. C. 744, Ant. 468, Eur. Tro. 727) Aesch. Pers. 295 *στένειν κακοῖς* (cf. Eur. Alc. 652) Eur. Alc. 199 *στενάζειν*, id. Hel. 727 *συνωδίνειν*.

[3]) Valde dubito num mutandum sit cum Weilio *μάταια δεσποτᾶν τύχας*.

sitio *ἐπί*[1]) addita est ad notionem dativi modalis firmandam, velut Aesch. Sept. 780 sqq. *ἐπ' ἄλγει δυσφορῶν . . . . δίδυμα κάκ' ἐτέλεσεν* (sc. Oedipus) Ps.-Dem. LVIII 55 *ἵνα μὴ δοκῆτε αὐτοὶ πράως ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις φέρειν.* Ne haec quidem exempla afferre taedet: Aesch. Pers. 1030 *πέπλον δ' ἐπέρρηξ' ἐπὶ συμφορᾷ* id. Suppl. 591 *κεκλοίμαν εὐλόγως ἐπ' ἔργοις* ibid. 1037 sq. *τίεται . . . . ἔργοις ἐπὶ σεμνοῖς* Eur. El. 1030 sq. *ἐπὶ τοῖσδε . . . ἠγριωμένη* id. frgm. 814, 2 *φθονεῖσθαι . . . ἐπ' ἐσθλοῖς* Chaeremon frgm. 37 (N.) *ἐπὶ σμικροῖσι λυπεῖται* (cf. Adesp. 448, 1 *θερμαίνεται* et Soph. Ant. 88 *θερμὴν ἐπὶ ψυχροῖσι καρδίαν ἔχεις*). Soph. frgm. 840 *χαίρειν ἐπ' . . . ἡδοναῖς*, al. Perspicuum autem est ne verba quidem *βαρέως, χαλεπῶς φέρειν* idcirco dativum admittere, quod peculiarem significationem succensendi contineant[2]), quae scilicet adverbiis *βαρέως, χαλεπῶς* nitatur, sed quia omnino verba affectuum praeter accusativum dativum quoque modalem sibi vindicare solent[3]).

Summa vero inauditaque licentia Sophocles cum verbo *ἥδεσθαι* genitivum iunxisse videtur Phil. 715 *ὃς* (sc. Philoctetes) *μηδ' οἰνοχύτου πώματος ἥσθη δεκέτει χρόνῳ*, qua de structura sententiae virorum doctorum distant. Alii enim persuasum habent verbum *ἥδεσθαι,* quod verbis dolendi contrarium sit, ex analogia verborum affectuum cum genitivo constructum esse[4]). Cui opinioni obstat, quod causalis notio hoc Sophoclis loco minime idonea est ad sententiam quae exspectatur exprimendam. Atque ob id ipsum, quod structura electa et inusitata est, summo iure poscendum est, ut, quam genitivi notionem audiri putes, hoc loco aptissima sit aut necessaria. Itaque forsitan ab eis stare malis, qui indicant fruendi notionem hic

[1]) Cf. Soph. Ai. 377 *τί . . . ἀλγοίης ἐπ' ἐξειργασμένοις* id. El. 333 *ἀλγῶ 'πὶ τοῖς παροῦσιν* ibid. 1298 *ὡς ἐπ' ἄτῃ στέναζ'* Eur. frgm. 459, 2 *ἐφ' οἷσι . . . στένειν* (cf. Eur. Hipp. 903) id. Ion 924 *δάκρυ ἐκβάλλειν* id. Herc. fur. 1181 *ἐφ' οἷς δακρυρροεῖς* id. frgm. 407, 1 sq. *ἐπ' οἰκτροῖσιν δάκρυ στάζειν.*

[2]) Cf. Xen. anab. I 3, 3 al.

[3]) Eandem dativi structuram exhibent haec quoque exempla: Thuc. IV 85, 3 *θαυμάζω δὲ τῇ τε ἀποκλήσει μου τῶν πυλῶν* Eur. Hipp. 20 *τούτοισιν . . . οὐ φθονῶ.*

[4]) Cf. Struve: De dictione Sophoclis 1854 p. 28, Kühner l. l. p. 325, Nauck ad Soph. El. 1117 *εἴπερ τι κλαίεις τῶν 'Ορεστείων κακῶν.*

postulari[1]) eamque ipsam auditam genitivum requirere, ita ut cum Nauckio interpretandum sit *ἀπέλαυσεν ὥστε ἥδεσθαι* vel *ἡδόμενος*. Contra hos monendum est, notionem fruendi supervacaneam esse ita, ut insulsa reddatur sententia. Quibus interpretationibus si abstinemus, quod refugium nobis relinquitur? Reminiscamur Homeri aetate[2]) saepe pro instrumentalis notione suppositam esse ablativi notionem, quam sermonis proprietatem tragicorum quoque temporibus nondum evanuisse censendum est[3]). Quodsi hunc Euripidis locum Cycl. 504 *γάνυμαι δὲ δαιτὸς ἥβης*[4]) comparaveris cum hoc Platonis ex Phaedro p. 234 D *ἐμοὶ ἐδόκεις γάνυσθαι ὑπὸ τοῦ λόγου*, non dubitabis qui sit intelligendus ille genitivus cum verbo *ἥδεσθαι* iunctus[5]). Neque omittam similes hos nudos genitivos: *θ* 499 *ὁ δ' ὁρμηθεὶς*[6]) *θεοῦ ἤρχετο* Aesch. Ag. 816 sq. *τῷ δ' ἐναντίῳ κύτει ἐλπὶς προσῄει χειρὸς*[7]) *οὐ πληρουμένῳ* Soph. Trach. 934 *ὀψ' ἐκδιδαχθεὶς*[8]) *τῶν κατ' οἶκον* id. frgm. 635 (N.) *ὀσμῆς μου μὴ βαρυνθήσεσθέ μου*[9]) id. Ai. 807

[1]) Cf. Ellendt l. l. p. 305 s. v. *ἥδομαι* Scholiastes interpretatur *ἢ οὐδὲ οἴνου μετείληφε*.

[2]) Cf. p. 6 sqq.

[3]) Cf. Soph. El. 1422 sq. *χεὶρ στάζει θυηλῆς Ἄρεος* id. O. C. 15 sq. *βρύων δάφνης* Aesch. Cho. 69 *νόσου βρύειν* Eur. Phoen. 674 *αἵματος δ' ἔδευσε γαῖαν* Plat. Phaedr. p. 227 B *τῶν λόγων ὑμᾶς Λυσίας εἱστία*.

[4]) Coniecerunt Lobeckius *ἥβῃ* et Herwerdenus *ἥδει*. Sed scripturam quae traditur servandam esse iudicat Bernhardyus: Paralipomena syntaxeos anomalae 1862 p. 69.

[5]) Apparere puto genitivos, qui verbis, quae passive dicuntur, adnectuntur, non explicandos esse e vi quadam substantiva participii, ut iudicant Delbrueckius, Grundriss p. 348 et Brugmannius l. l. p. 196.

[6]) Cf. Klinghardt l. l. p. 31 Schambach: Sophocles qua ratione vocabulorum significationes mutet atque variet 1878 p. 27. Haupt: Quaestionum Aeschylearum specimen III 1829 p. 302 ad Aesch. Sept. 862, qui huc refert Aesch. Sept. 792 *παῖδες μητέρων τεθραμμέναι*.

[7]) Qua de scriptura dubitant viri docti velut Casaubonus et Pauwius, quorum alter commendat *χεῖλος*, alter *χηρός*.

[8]) Schambachius l. c. censet genitivum participio *ἐκδιδαχθείς* et adiectivo verbali *διδακτός* (Soph El. 344 *νουθετήματα κείνης διδακτά*) adnexum esse, quod notio verbi *μανθάνειν* audiretur.

[9]) Cf. adnotationem ad hoc fragmentum in editione fragmentorum tragicorum a Nauckio curata.

ἔγνωκα γὰρ δὴ φωτὸς ἠπατημένη[1]) Eur. El. 123 *κεῖσαι σᾶς ἀλόχου σφαγείς*[2]) Plat. symp. 203 B *ὁ οὖν Πόρος μεθυσθεὶς τοῦ νέκταρος*[3]). Statuendum igitur est Sophoclem electiorem sermonis modum expetivisse sive homerici verbi *τέρπεσθαι* usus meminerat sive hoc loco dativum instrumentalem minus idoneum videbat esse notione ablativi[4]).

Diversum in modum rem gesserunt viri docti in enodandis difficultatibus, quas exhibet structura *παριέναι τινός* hoc Sophoclis loco O. C. 1211 sq. *ὅστις τοῦ πλέονος μέρους χρῄζει, τοῦ μετρίου παρεὶς ζώειν*. Quas ut effugerent, fuerunt[5]) qui genitivum *τοῦ μετρίου* e supplendo infinitivo verbi *χρῄζει*, quod praecedit, pendere existimarent. Sed tamen cave vertas cum Wolffio (ad h. l.): „wer des längeren Teiles begehrt, indem er des mässigen zu begehren verabsäumt"; inepta enim sententia evadit, quoniam luce clarius est, qui longam aetatem optet, eum mediocre quoque spatium vitae optando amplecti. Praeterea illa versio cum chori sententia pugnat, quam vs. 1225 sqq. profitetur considerans, quanti vita aestimanda sit (*μὴ φῦναι τὸν ἅπαντα νικᾷ λόγον κτλ.*). Neque argumentis exemplisque stabilita est opinio eorum[6]), qui genitivum e vi nominis substantivi, quam participium sibi induisset, pendere censent.

[1]) Lobeckius ad h. l. interpretatur „*τῆς γνώμης αὐτοῦ ἁμαρτοῦσα* vel *αὐτοῦ ἐκείνου ἀποσφαλεῖσα*, non quod scholiastes opinatur *ὑπ' αὐτοῦ*". Cf. Schambach l. c. et Kühner l. l. p. 341, 2.

[2]) Euripidis locus Or. 479 *πληγεὶς θυγατρὸς τῆς ἐμῆς* mendosus est.

[3]) Quorum in numero habere videtur Hensius l. l. p. 96 et 213 hunc quoque Sophoclis locum Trach. 1 *λόγος μέν ἐστ' ἀρχαῖος ἀνθρώπων φανείς*, quocum confero Pind. Nem. III 52 sq.

[4]) Cf. Plat. Phaedr. p. 239 E *τοσούτων κακῶν καὶ ἔτι πλειόνων κατὰ τὴν διάνοιαν ἐραστὴν ἐρωμένῳ ἀνάγκη γιγνομένων τε καὶ φύσει ἐνόντων, τῶν μὲν ἥδεσθαι, τὰ δὲ παρασκευάζειν*. E recentioribus scriptoribus exempla contulit Bernhardyus l. l. p. 69.

[5]) Velut Döderlein, specimen nov. edit trag. Soph. 1814 p. 29.

[6]) Cf. Wunder ad h. l. Sed exempla e Sophocle ipso excerpta aliter variumque in modum explananda sunt (O. C. 436. Ai. 534. O. R. 234. Phil. 3, ubi Wunderus annotat „genitivus e natura participii aptus". Sed nominis substantivi vis plane desideratur. Qua de re fusius egit Lobeckius ad Ai. [3] p. 179 sq.

Quodsi cum aliis coniecturarum[1]) viam ingredi nolumus, num eorum virorum doctorum[2]) partes sequi nos oportet, qui indicant participio παρείς hoc loco sensum verbi ἀμελεῖν audiri, e quo genitivus pendeat? Atqui si haec sola[3]) versio quadrat „weil er den mässigen (Teil) gering achtet", num omnino fieri potuerit, quaerendum est, ut ex hac notione structura verborum ἀμελεῖν, καταφρονεῖν sim. verbo παριέναι adnexa sit. Immo haec ipsa verba diversis de causis genitivum asciscunt. Itaque nego me peccare statuentem, tum demum ex analogia verbi cuiusdam idem significantis alterum verbum constructum esse, eadem si causa subest struendi[4]). Verbi autem παριέναι natura aliter intelligenda est atque illa, quae modo attuli. Comparanda enim sunt similia verba composita μεθιέναι[5]), ἀφιέναι[6]), (ἐξ-) ἀνιέναι[7]), quae si intransitive dicuntur, genitivum ablativi, ut videtur, munere praeditum postulant. Satis habeo haec Homeri exempla exscribere Α 283 Ἀχιλλῆϊ μεθέμεν χόλον et φ 377 sq. μέθιεν χαλεποῖο χόλοιο Τηλεμάχῳ. Itaque in errorem non rapiemur, etiamsi loci inveniantur, ubi notio verbi ἀμελεῖν in verbo μεθιέναι lateat, praesertim cum eadem significatio intelligatur, ubi accusativus verbo μεθιέναι adnexus est. Compara quaeso Λ 841 σεῖο μεθήσω τειρομένοιο Herod. IX 33 Σπαρτιῆται δὲ πρῶτα μὲν ἀκούσαντες δεινὰ ἐποιεῦντο καὶ μετίεσαν τῆς χρησμοσύνης cum hoc Sophoclis El. 872 τὸ κόσμιον μεθεῖσα[8]). Sophocles igitur, ut quae exposui paucis comprehendam, cum genitivum posuit,

[1]) Velut Nauckius e scholiastae ad v. 1220 paraphrasi ὁ πλεονεκτεῖν ἐθέλων παρὰ τὸ καίριον καὶ τὸ μέτριον perverse coniecit τοῦ μετρίου πέρα.

[2]) Cf. Dindorf ad h. l. Struve l. l. p. 27

[3]) Aut consentiendum est Ellendtio indicanti l. l. p. 606 „utcunque explicueris durior sententiae ratio erit."

[4]) Atque hoc quidem argumentum premendum est etiam atque etiam.

[5]) Cf. Δ 234, 240, φ 126 al.; imprimis haec laudo exempla Euripidea Hipp. 333 δεξιᾶς τ' ἐμῆς μέθες Or. 170 sqq. οὐκ ἀπ' οἴκων πάλιν ἄρα μεθεμένα κτύπου πόδα σὸν εἱλίξεις.

[6]) Cf. Eur. Jon 847 Herod. I 156. II 121 δ, III 52 al.

[7]) Cf. Eur. Hipp. 285 Med. 455 Thuc. V 32,4 VII 43; Eur. Hipp. 900 ἐξανιέναι.

[8]) Cf. Soph. O. R. 688 τοὐμὸν παριείς Eur. Herc. fur. 774 νόμον παρέμενος Soph. O. C. 1537 τὰ θεῖ' ἀφείς τις (cf. ibid. 914 sq.).

usum verbi παριέναι mutavit ex analogia illorum quae commemoravi verborum[1]).

Quo in genere, ne quid omittere videamur, hunc quoque Sophoclis locum tractemus, ubi participium δείσας cum genitivo iunctum esse credas O. R. 233 sq. καί τις ἢ φίλου δείσας ἀπώσει τοὔπος ἢ χαὐτοῦ τόδε.

Quamquam enim eodem aut fortasse meliore iure contendere licet genitivos φίλου et χαὐτοῦ pendere e verbo ἀπώσει, nihilominus inquiramus, num censendum sit cum Eschero[2]) structuram δεδιέναι τινός analogia carere itaque inaudite dici, ut accipienda sit Kolsteri[3]) explanandi ratio φίλου δέος δείσας. Atque fuerunt[4]) qui e nova curandi notione genitivum pendere persuasum haberent. Quo auxilio opus non est. Cum enim legantur Hes. theog. 850 sqq. τρέσσ' Ἀΐδης ἐνέροισι καταφθιμένοισιν ἀνάσσων .... ἀσβέστου κελάδοιο καὶ αἰνῆς δηϊοτῆτος, non dubitabis mihi concedere genitivum causae verbis timendis adnecti potuisse notione propria servata. Neque a Sophoclis loco abhorrent[5]) haec aliorum scriptorum exempla Herod. I 111 ὁ μὲν τοῦ τόκου τῆς γυναικὸς ἀρρωδέων Eur. Tro. 809 sq. ἀτυζόμενος πώλων. Quo vero pacto nudi hi genitivi intelligendi sint[6]), hoc fortasse ipsius Sophoclis loco illustratur Trach. 149 sq. (ἕως) λάβῃ τ' ἐν νυκτὶ φροντίδων μέρος ἤτοι πρὸς ἀνδρὸς ἢ τέκνων

[1]) Huc spectant verba χαλᾶν (Aesch. Prom. 256. Eur. frgm. 716, 2) et τελευτᾶν (Thuc. III 59, 3 ibid. 104, 5 etc.), minime autem Platonis locus Phaedr. p. 235 E παρέντα τοῦ μὲν τὸ φρόνιμον ἐγκωμιάζειν, τοῦ δὲ τὸ ἄφρον ψέγειν, quae verba non recte intellexisse mihi videtur Bernhardyus: Wiss. Syntax p. 180.

[2]) Der Accusativ bei Sophocles 1876 p. 53.

[3]) Sophocleische Studien 1859 p. 286.

[4]) Velut Wannowskius l. l. p. 234. Kuehnerus l. l. p. 256 adn. 6 et p. 325. Item Schenkius l. l. p. 83 erravit de adiectivo ἀδείμαντος Aesch. Pers. 162 οὐδαμῶς ἐμαυτῆς οὖσ' ἀδείμαντος.

[5]) Huc refero Thuc. IV 11, 4. ὁρῶν ... τοὺς τριηράρχους ... ἀποκνοῦντας καὶ φυλασσομένους τῶν νεῶν μὴ ξυντρίψωσιν, de quibus iam recte iudicat Dewischeitius: Zur Theorie der Casus 1857 p. 14.

[6]) Idem genitivus iungitur verbis dolendi, quorum haec affero exempla: δ 104 πάντων ὀδύρομαι (cf. ibid. 819, ξ 40, 142, 174 al.) ω 425 τοῦ δάκρυ χέων (= β 24) Eur. Herc. fur. 1114 οὗ δακρυρροεῖς (cf. Wilamowitz ad h. l. Eur. Hec. 760) id. Iph. Aul. 370 Ἑλλάδος στένω id. Hec. 1256 ἦ με παιδὸς οὐκ ἀλγεῖν δοκεῖς (cf. Thuc. II 65, 4. Aesch. Ag. 571).

φοβουμένη. Atque item indicandum esse puto de his Thucydideis II 62, 3 *οὐδ' εἰκὸς χαλεπῶς φέρειν αὐτῶν μᾶλλον ἢ οὐ κηπίον . . . πρὸς ταύτην νομίσαντας ὀλιγωρῆσαι* et I 77, 3 *οἱ τοῦ πλέονος μὴ στερισκόμενοι χάριν ἔχουσιν, ἀλλὰ τοῦ ἐνδεοῦς χαλεπώτερον φέρουσιν ἢ εἰ . . . φανερῶς ἐπλεονεκτοῦμεν*[1]).

Verbum *γελᾶν* a Sophocle solo[2]) cum genitivo temere iunctum est, quod qui sit intelligendum nondum satis est explanatum neque multum abest, quin statuas hunc genitivum probabilem explicandi rationem non admittere. Haec igitur sunt Philoctetae verba 1123 sqq. *οἴμοι μοι, καί που πολιᾶς πόντου θινὸς ἐφήμενος* (sc. Odysseus) *γελᾷ μου χερὶ πάλλων τὰν ἐμὰν μελέου τροφὰν κτλ.* Atque quoniam verbum *καταγελᾶν* genitivum sibi adnectit, decepti sunt viri docti[3]) verbum simplex hic eandem vim habere censentes quam verbum compositum. Cui sententiae ut assentiar facere non possum. Neque enim tali inscitia fuisse Sophoclem poetam elegantissimum eruditumque suspicio est, ut aliqua necessitate coactus sit, loco verbi euiusdam, quod animo eius obversaretur, aliud substituere. Neque animum inducam ut putem, sensum verbi *καταγελᾶν* in verbo simplici auditum structuram simul verbi compositi in verbum simplex transtulisse. Immo apparet e notione irridendi minime genitivum verbo *καταγελᾶν* adnexum esse, sed quod hoc verbum cum praepositione *κατά* iunctum est. Itaque cum fieri non possit, ut demonstretur, verbum simplex usum naturamque verbi *καταγελᾶν* induere posse, illa virorum doctorum opinio reicienda est. Quid? quod et ipsum verbum *καταγελᾶν* structuras variavit (sc. *καταγελᾶν τινος* vel *τινί*). Ergone analogia quaedam statuatur in usu verborum *καταγελᾶν* et *γελᾶν*? Sed aliter iudicandum est de verbo *καταγελᾶν*[4]), aliter de verbo *γελᾶν*, quoniam cum hoc genitivus, cum illo dativus nisi insolenter non coniungitur. Nihilominus verbum *καταγελᾶν* viam munit ad rectam explicationem inveniendam.

[1]) Classenius ad h. l. coniecturas virorum doctorum reiecit. Genitivus autem absolutus intelligendus est Herod. II 121 *γ*.

[2]) Genitivus absolutus statuendus est hoc Platonis loco Theaet. p. 175 B *ὅτι δὲ ὁ ἀπ' Ἀμφιτρύωνος . . . τοιοῦτος ἦν, οἷα συνέβαινεν αὐτῷ τύχη . . ., γελᾷ οὐ δυναμένων λογίζεσθαί τε καὶ χαυνότητα ἀνοήτου ψυχῆς ἀπαλλάττειν.*

[3]) Velut Wannowski l. l. p. 239. Nauck ad h. l. al.

[4]) Cf. infra p. 25.

Nam voces *γελᾷ μου* non aliter intelligendas esse nisi *γελᾷ κατά μου* persuasum atque statutum habeo, quae opinio firmatur hoc eiusdem poetae loco O. C. 1339[1]) *καθ' ἡμῶν ἐγγελῶν*. Minime igitur ex amplificata verbi *γελᾶν* notione explicanda est genitivi structura, sed aliqua ex parte eum comparari licet cum genitivo qui dicitur directionis[2]).

Eadem ipsa ratione genitivum explico, qui verbo simplici *στρέφεσθαι* a Sophocle iungitur Ai. 1116 sq. *τοῦ δὲ σοῦ ψόφου οὐκ ἂν στραφείην*. Verbi *φροντίζειν* analogiam, quam viri docti[3]) laudare solent, removendam esse censeo, cum huius verbi usus ut verbi denominativi idem non sit. Multo autem magis idonea est quae comparetur Homerica locutio *μετατρέπεσθαί τινος*[4]). Quodsi nobiscum reputamus qua de causa verbum compositum *ἐπιστρέφεσθαι*[5]) genitivum sibi vindicet, non iam dubitamus indicare *στρέφεσθαί τινος* dici pro *στρέφεσθαι ἐπί τινος*.

Ad hanc lucem iam videamus quo modo sit iudicandum de adiectivo *πρόθυμος*, cui genitivum adnexuit Sophocles El. 2 sq. *νῦν ἐκεῖν' ἔξεστί σοι παρόντι λεύσσειν, ὧν πρόθυμος*[6]) *ἦσθ' ἀεί.* Cum enim propria adiectivi *πρόθυμος* notio (i. e. propensus, promptus ad) praepositiones *εἰς* vel *πρός* vulgo postulet[7]), omnes fere consentiunt genitivum pendere e nova cupiendi notione[8]),

[1]) Ne hoc quidem Sophoclis exemplum omittendum mihi videtur Ai 79 *εἰς ἐχθροὺς γελᾶν*.

[2]) Cf. infra p. 20.

[3]) Velut Benloew: De Sophocleae dictionis proprietate cum Aeschyli Euripidisque dicendi genere comparata 1847 p. 42. Bernhardy l. l. p. 140. Ellendt l. l. p. 755 s. v. *ὑποστρέφεσθαι*. Nauck ad h. l.

[4]) Cf. Α 160 = Μ 236; Ι 630.

[5]) Cf. Theogn. 440. Soph. Phil. 598 sq.

[6]) Blaydesii coniecturam *ὧν προθυμία σ' ἔχει* suo iure refellit O. Hensius l. l. p. 132 adn.

[7]) Cf. Thuc VII 18, 3; VIII 68, 3; ibid. 74, 1; Plat. legg. II p. 666a. (cf. Eur. Phoen. 902 id. Hec. 410 sq.)

[8]) Cf. Suidas s. v. *πρόθυμος: ἐπιθυμῶν, ὀρεγόμενος*, quae glossa ad Sophoclis locum spectare videtur. Cf. Schambach l. l. p. 28. Büttner: De ratione qua Sophocles adiectiva consociaverit cum casibus 1869 p. 50. Dindorf et Nauck ad h. l. Thucydidis verba III 67, 6 huc non pertinent.

praesertim quae saepissime cogitando suppleatur[1]). Neque mirum est hanc notionem hic magis elucere et praevalere, illic relabi et delitescere[2]). Quae notio continetur altera parte adiectivi *πρόθυμος* (scilicet nomine *θυμός*), qua id adiectivum prope accedit ad *ἐπίθυμος*. Num hac notione re vera genitivi structura requiritur? At neque eadem causa neque ipsa cupiendi notio verbis *ἐπιθυμεῖν* et *ὀρέγεσθαι* genitivum vindicavit. Immo statuendum est genitivum hoc Sophoclis loco aut e vi usuque mutato[3]) adiectivi *πρόθυμος* pendere aut ex aucta et amplificata adiectivi vi, qua directionis notionem simul complecti possit, id quod saepe fieri notum est. Haec comparemus exempla: Eur. Phoen. 1247 *ἐπ' ἀλλήλοισιν ἵεσαν δόρυ* (cf. *X* 206) — id. Bacch. 1099 sq. *θύρσους ἵεσαν . . . Πενθέως* ibid. 1096 sq. *αὐτοῦ . . . χερμάδας ἔρριπτον*[4]).

κ 214 *ὁρμήθησαν ἐπ' ἀνδράσιν* — *Ξ* 488 *ὁρμήθη Ἀκάμαντος*[5]) (cf. *Φ* 595; *Λ* 335 *ὁρμᾶν*; Pind. Pyth. X 61 *ὁρούω*).

M 443 *ἴθυσαν ἐπὶ τεῖχος* — *O* 693 *Ἕκτωρ ἴθυσε νεός* (cf. *λ* 591).

Quod attinet ad eum quem adiectivo *πρόθυμος* subesse voluit Sophocles sensum, nego hoc loco adiectivum *πρόθυμος* idem sibi velle atque *ἐπίθυμος*[6]) al.: immo latius patet notio adiectivi *πρόθυμος*. Sententiam enim totius loci hanc esse puto:

[1]) Velut Herod. II 19 (cf. J. H. Schmidt: Handbuch der latein. u. griech. Synonymik 1889 p. 57 sq.) Eur. Hipp. 1005 sq. id. Heraclid. 731 id. Med. 1146.

[2]) Item ex usu verbi *προθυμεῖσθαι* mutato explicanda est accusativi structura, quae invenitur Thuc. V 17, 1 *προυθυμήθη τὴν ξύμβασιν* ibid. VIII 1, 1. V 39, 3. Vides igitur cupiendi notione genitivum, qui verbis *ὀρέγεσθαι*, *ἐπιθυμεῖν* al. iungitur, minime postulari.

[3]) Inspicias haec exempla: Eur. Bacch. 829. 912 sq. id. Hec. 1201 sq., Hel. 1523, Heracl. 1009 sq., Jon 46, Med. 485, Or. 1629, Rhes. 63, Heracl. 617, Herc. fur. 113. 309 sq. 325 sq. Conferri licet verbum *προθυμεῖσθαι* Soph. Trach. 1119. Eur. Hec. 564. Phoen. 1678 (*ἐκπροθυμεῖσθαι*) al.

[4]) Cf. Soph. Ai. 154 *μεγάλων ψυχῶν ἱείς* id. Ant. 1084 sq. Eur. Tro. 734, Cycl. 51, Iph. T. 362, Aesch. Sept. 158, Suppl. 484 sq. Huc spectant verba *τοξεύω* (Soph. Ant. 1034 al.) *ὀρέγεσθαι* (*Z* 464) *ἵεσθαι* al.

[5]) De hoc genitivo egregie iudicat Delbrueckius, Grundlagen p. 41.

[6]) Ita ut haec sola sententia intelligenda sit, quam Homerus verbo *ἱμείρεσθαι* expressit *α* 41 *ὁππότ' ἂν ἡβήσῃ τε καὶ ἧς ἱμείρεται αἴης*.

Jetzt bist Du an dem Ziel angelangt, auf das Dein Sinn und Trachten gerichtet waren und wohin aufzubrechen Du stets bereit warest.

Eadem vero cupiendi notione adiectivum quoque *μετάδρομος* praeditum esse Buettnerus[1]) censet, qua e significatione genitivus explanandus sit hoc Sophoclis loco El. 1386 *μετάδρομοι κακῶν πανουργημάτων ἄφυκτοι κύνες*. Attamen genitivum attributivum temere huic adiectivo adnecti non intelligo, praesertim cum simile quoddam exstet exemplum Eur. Phoen. 1390 *πέτρον ἴχνους ὑπόδρομον*, quo omnes tolluntur dubitationes.

Participio quoque *πρέπον* Sophocles novam genitivi structuram adiunxit Ai. 534: *πρέπον γε τἂν ἦν δαίμονος τοὐμοῦ τόδε*, quam cum inaudite adhibitam esse videant, explicari non posse multi et docti viri[2]) opinantur nisi inde, quod *πρέπον* hic idem sibi velit atque *ἄξιον*[3]). Ac primum quidem premendum est significationem adiectivi *ἄξιος* hoc loco minime desiderari. Tum vero demonstrandum erat causam etiam tum Sophoclis aetate notam fuisse, cur olim genitivus iunctus esset cum adiectivo *ἄξιος*. Neque Ellendtius[4]) recte sensisse mihi videtur iudicans, participium *πρέπον* substantivi naturam induisse. Mihi vero persuasum est participium *πρέπον* adiectivi naturam prorsus sibi vindicasse, quod demonstratur adverbio *πρεπόντως*[5]). Wilamowitzius autem participii *πρέπον*[6]) structuram com-

[1]) l. l. p. 50. Cf. Schindler, De Sophocle verborum inventore 1877 p. 27. Sophoclis verba O. R. 979 *πρόνοια οὐδενὸς σαφής* idem Buettnerus latine vertit l. c. „certa nullius rei“; equidem iungo *πρόνοια* et *οὐδενός*.

[2]) Velut Dindorfius et Nauckius ad h. l. Büttner l. l. p. 29.

[3]) Notione adiectivi *ἄξιος* genitivum minime postulari, perspicitur ex hoc loco Eur. Iph. Aul. 504 sq. *γενναῖ' ἔλεξας Ταντάλῳ τε . . . πρέποντα* (ibid. v. 507 *σοῦ τ' ἀξίως*).

[4]) l. l. p. 653 s. v. Struve l. l. p. 29. Sed inspicias quae Lobeckius ad Ai. p. 197 sq. III. de hac quaestione ab omni parte disseruit.

[5]) Plat. Menex. p. 239 C. *πρεπόντως τῶν πραξάντων*, ubi Stallbaumius censet *πρεπόντως* idem sonare atque *ἀξίως*. Sed hic genitivus explicandus est e natura ipsius adverbii velut *καλῶς ἔχειν* (cf. Aesch. Suppl. 837, Soph. O. R. 345. Eur. Heracl. 213. 379 sq. Dioysius 2, 2. (Nauck). Herod. I 149. Thuc. I 36, 2. al).

[6]) De Platonis loco rep. III p. 400 *B* recte iudicavit Matthiaeus l. l. § 386 adn. 1.

parat cum adiectivis cum *συν* et *ὁμο* compositis[1]). Haec exempla tametsi non omni ex parte quadrant. nihilominus existimo ad veram explicandi rationem ducere. Exstant enim alia, quae aptiora existimo ad hanc anomaliam illustrandam, velut Soph. Ant. 192 *ἀδελφὰ τῶνδε κηρύξας ἔχω*[2]).

In transitu tangam hoc Sophocleum de Trach. 538 *λωβητὸν ἐμπόλημα τῆς ἐμῆς φρενός*, ubi Buettnerus[3]) tantum a vero aberravit, ut indicaret adiectivum *λωβητός* notionem structuramque adiectivi *ἀνάξιος* sibi vindicasse, vertens: fructum indignum meo in Herculem animo. Immo recte hunc locum perspexisse mihi videtur Nauckius, cum vertat in adn. ad h. l.: eine schlimme Sache, die ich für meine Treue eingetauscht habe. Itaque satis habeo hoc Pindari laudare Ol. XII 2 *ἐσλὸν πήματος πεδάμειψον*[4]).

Neque fusius loquamur de illo Sophoclis loco O. R. 673 sq. *ὅταν θυμοῦ περάσῃς*, ubi annotavit Nauckius verbum *περᾶν* hic cum genitivo iunctum esse, quoniam in eo notio verbi *ἀπαλλάττεσθαι* lateat; at mihi non ex isto mentis supplemento, sed e comparativa quadam notione genitivus pendere videtur, quae inest verbo *περᾶν*. Quam explicationem firmari puto hoc Pindarico Nem. IV 69 *Γαδείρων οὐ περατόν*[5]). Similiter fortasse intelligendi sunt genitivi, qui iunguntur verbis *πρήσσειν*, *διαπρήσσειν*[6]), quippe quae affinia[7]) sint verbo *περᾶν*. Atque

[1]) Euripides Heracles II [2] p. 36 (1895) ad Euripidis verba Herc. fur. 130 *ἴδετε πατρὸς ὡς γοργῶπες αἵδε προσφερεῖς ὀμμάτων αὐγαί.* Illius autem dictionis, quae Homeri quoque aetate invenitur (*Φ* 95 *οὐχ ὁμογάστριος Ἕκτορός εἰμι* *O* 193 *γαῖα ἔτι ξυνὴ πάντων*), omnia, quae legenti mihi occurrerunt exempla enumerare longum est: haec tantum affero: Soph. El. 1218 sq. *ἐγὼ μὲν ἤδη καὶ πάλαι νεὼς ὁμοῦ* (schol. *ἐγγύς*) *στείχων ἂν ἦν κτλ.* ibid. v. 203 sq. *κτύπος φωτὸς σύντροφος ὡς τειρομένοιο* (quae vertunt Buettnerus l. l. p. 27 et Ellendtius l. l. p. 709 „sonitus laborantis comes i. e. proprius ei". Huc non pertinere puto haec exempla Soph. O. R. 420 sq. et id. Ant. 541, quae comparo cum hoc Soph. O. C. 1267 al.

[2]) Cf. Isocr. IV 71 *ἀδελφὰ δὲ τῶν εἰρημένων κτλ.* Dativum adnexuit huic adiectivo Sophocles O. C. 1262.

[3]) l. l. p. 50. Matthiaeus l. l. § 344 genitivum illum e transitivi verbi *λωβᾶσθαι* notione pendere putat.

[4]) Cf. Friese l. l. p. 68.

[5]) Cf. Friese l. l. p. 69.

[6]) Cf. *B* 785 *διέπρησσον πεδίοιο* = *Γ* 14, *Ψ* 364; *Ω* 264 *ἵνα πρήσσωμεν ὁδοῖο* (cf. *γ* 476 *ο* 47, 219).

[7]) Cf. G. Curtius l. l. p. 274.

similes genitivi structurae hae inveniuntur: *Ω* 546 *τῶν σε φασὶ κεκάσθαι* *A* 51 *φθὰν δὲ μέγ᾽ ἱππήων*[1]) Pind. Nem. XI 13 *μορφᾷ*[2]) *παραμεύσεται ἄλλων* Aesch. Cho. 600 *ἔρως παρανικᾷ κνωδάλων*[3]).

Perveni ad verba *ἐμβαίνειν*, *ἐμβατεύειν*, quae a Sophocle solo, ut videtur, cum genitivo contra usum vulgarem constructa sunt, O. R. 825 *μηδ᾽ ἐμβατεύειν πατρίδος* O. C. 400 *μὴ ᾽μβαίνῃς ὅρων*, quem ad locum adnotat Nauckius *ἐπιβαίνῃς*, *θιγγάνῃς*. Accuratius autem inquirendum est. Vidimus enim etiam atque etiam cavendum nobis esse, ne sumamus confestim notione quadam aliena suppleta novam structuram niti[4]). Iam Nauckius analogiam verbi *ἐπιβαίνειν* laudat ob id, ni fallor, quod verba *ἐπιβαίνειν*[5]), *ἐμβαίνειν*[6]), *ἐμβατεύειν*[7]) cum accusativo ipsa quoque construuntur, ita ut existimare possis, eadem ratione genitivum his quae comparantur verbis accusativi loco adnecti. Quod negandum est. Immo primis iam temporibus genitivus iunctus est verbo *ἐπιβαίνειν*[8]), quod ne mireris memineris velim praepositionem *ἐπί* genitivum admittere[9]), qui ab *ἐν* alienus esse solet. Sed exstant exempla, quae eandem quam verba *ἐμβαίνειν* et *ἐμβατεύειν* proprietatem praebeant[10]). Praepositio enim *ἐν*

[1]) Cf. *Π* 321 sq. *Ψ* 444 sq. *λ* 58 *ἔφθης . . . . ἢ ἐγώ* (cf. Kühner l. l. p. 336 adn. 2).

[2]) Boeckhius mutat *μορφάν*.

[3]) Fortasse huc pertinet etiam *νικᾶσθαί τινος* (cf. Aesch. Sept. 514 id. Suppl. 1005. Soph. Ai. 1353. Eur. Heraclid. 233 id. Iph. A. 1357. Cycl. 453 Med. 315. Tro. 23 sq. frgm. 341, 1. Cf. Krüger II 47, 19, 1.

[4]) Cui explanandi rationi obstat hic Pindari locus Nem. III 20 *ἀνορέαις ὑπερτάταις ἐπέβαν.*

[5]) Cf. Pind. Ol. II 95 id. Nem. I 18 Eur. Jon 1242 id. Tro. 1078. Soph. Ai. 137. 142 al.

[6]) Cf. Eur. El. 1288 id. Hec. 922 id. Rhes. 914. Suppl. 989 al.

[7]) Cf. Eur. El. 595 ibid. 1250 sq. id. Hec. 913 id. Heracl. 876.

[8]) Exemplis opus non est. Accusativus autem verbo *ἐπιβαίνειν* adnexus in Homeri carminibus invenitur his solis locis *Ξ* 226 *Πιερίην ἐπιβᾶσα* et *ε* 50.

[9]) Cf. *Π* 426 *ἁμαξάων ἐπάειραν* al. Huc quadrant etiam haec Soph. O. C. 924 *σῆς ἐπεμβαίνων χθονός* et Hom. *I* 582 *οὐδοῦ ἐπεμβεβαώς.*

[10]) Item iudicat Ellendtius l. l. p. 234 et p. 189.

(vel *εἰς*) genitivum tulit his locis: Soph. Ai. 1274 *ἑρκέων*[1]) *ἐγκεκλῃμένους* id. frgm. 855 v. 7 *ἐντήκεται γὰρ πλευμόνων ὅσοις ἔνι*[2]) *ψυχή* id. Phil. 648 *ὃ μὴ νεώς γε τῆς ἐμῆς ἔνι*: Eur. Bacch. 866 sq. *ὡς νεβρὸς χλοεραῖς ἐμπαίζουσα λείμακος ἡδοναῖς* id. Phoen. 451 *τόνδ' εἰσεδέξω τειχέων*. Eodem spectant, ut mihi quidem videtur, haec quoque Homeri *β* 416 *ἂν δ' ἄρα Τηλέμαχος νηὸς βαῖν'* et *ι* 177 *ἀνὰ νηὸς ἔβην* (cf. *ο* 284). Quam locutionem inde explicandam esse arbitror, quod praepositiones illas in adverbiorum naturam usumque *ἐντός, εἴσω* transierunt. Contraria vero variatio notionum conspicitur his locis, ubi *ἔνδον* idem valet atque praepositio *ἐν*: Pind. Nem. III 54 *ἔνδον τέγει* ibid. VII 44 *ἔνδον ἄλσει*, quod imitatus est Euripides Bacch. 497 et fragm. 203, 1

Iam quaeramus quo modo sint explicandi genitivi, qui iunguntur a Sophocle cum his verbis compositis *συντυγχάνειν, προστυγχάνειν, ἐντυγχάνειν* O. C. 1482 *ἐναισίου δὲ συντύχοιμι*[3]) Phil. 320 sq. *συντυχὼν κακῶν ἀνδρῶν Ἀτρειδῶν*[4]) ibid. 552 *προστυχόντι τῶν ἴσων* El. 1463 *ἐμοῦ κολαστοῦ προστυχών* Phil. 1333 *τῶν παρ' ἡμῖν ἐντυχὼν Ἀσκληπιδῶν*[5]). Ne hic quidem sequaris partes eorum qui iudicant e nova quadam notione latente genitivum pendere[6]): quae opinio labefactatur his locis: Soph. Phil. 682 sq. *μοίρᾳ τοῦδ' ἐχθίονι συντυχόντα* Plat. Phaedo p. 68 A *μηδαμοῦ ἄλλοθι ἐντεύξεσθαι αὐτῇ* (sc. *φρονήσει*) *ἀξίως λόγου ἢ ἐν Ἅιδου*. Si enim constat dativum, qui his verbis compositis adnecti solet, ex ipsis praepositionibus pendere,

[1]) Aliter hanc structuram intelligit Brugmannus l. l. p. 206. Sed exempla, quae affert ille vir doctissimus, non recte ab eo explicata mihi esse videntur (cf. supra p. 10).

[2]) Hermannus ad Viger. p. 881 et Lobeckius ad Ai. 1274 ex eis quae antecedunt verbis supplent ad *ἔνι*, quod idem sit ac *ἔνεστι*, infinitivum *λαβεῖν* („quid est quod ex navi mea sumi non possit?“). Sunt quoque qui coniciant *ἔπι*.

[3]) Cobetus: Nov. lectt. p. 200 sq. proponit *σοῦ τύχοιμι*, quam coniecturam exceperunt Dindorfius aliique; Elmsleius mutat *ἐναισίῳ*.

[4]) Hensius l. l. p. 185 mavult *συντυχὼν κάκῃ ἀμφοῖν Ἀτρειδᾶν τῇ τ' Ὀδυσσέως βίᾳ*.

[5]) Hermanni explicandi rationem iam Ellendtius refutavit l. l. p. 246. Conferenda sunt Herod. IV 140 et VII 208 *ἀλογίῃς τε ἐνεκύρησε πολλῆς*.

[6]) Velut Bernhardy l. l. p. 95. Cf. Benloew l. l. p. 41.

apparet, ubi genitivus usurpatur, qui iungitur verbo simplici, ibi imminutam esse in verbis construendis praepositionum vim. Nullam enim fuisse praeverbii vim ita ut verba composita idem sibi velint atque verba simplicia, non concedo Kriebitzschio[1]). Eadem ipsa ratione explico dativum, qui verbo *καταγελᾶν* ab Herodoto adnectitur III 37 *πολλὰ τῷ ἀγάλματι κατεγέλασε* (cf. ibid. c. 38 et VII 9), et haec Sophoclea: Phil. 719 *ἀνδρῶν ἀγαθῶν παιδὸς ὑπαντήσας*[2]) Trach. 17 *κοίτης*[3]) *ἐμπελασθῆναι*[4]).

Ne hic quidem adhuc recte intellectus esse mihi videtur Sophoclis locus O. C. 436 *οὐδεὶς ἔρωτος τοῦδ' ἐφαίνετ' ὠφελῶν*, quae verba scholiastes interpretatur his verbis: *τούτου δὲ ἔρωτος οὐδείς με ἐποίει ἀπολαῦσαι*. Quam paraphrasin probantes viri docti putabant genitivum requiri nova notione fruendi vel fructus capiendi adsumpta[5]). Quae ratio valde temeraria mihi esse videtur. Atque equidem non iungo genitivum *ἔρωτος* cum verbo *ὠφελεῖν*[6]). Genitivum enim relationis intelligendum esse ostendunt haec: Eur. Med. 284 *συμβάλλεται δὲ πολλὰ τοῦδε δείματος*[7]) Soph. El. 626 sq. *θράσους*[8]) *τοῦδ' οὐκ ἀλύξεις*. Verto igitur illa Sophoclis verba, a quibus profectus sum: niemand zeigte sich entgegenkommend bei diesem Wunsch (was diesen Wunsch anbetrifft).

[1]) Quaestiones de usu verborum cum praepositionibus compositorum apud Sophoclem 1881 p. p. 50. 32. 34. 47 adn. 8. Cf. Th. Ludewig: De dictionis Sophocleae ubertate, quae in verbis cum praepositionibus compositis conspicitur 1864. Dindorf ad Soph. Phil. 1333. Krüger II 47. 14. 5.

[2]) Wunderus et Nauckius scribunt *παιδὶ συναντᾶν*. Kuehnerus l. l. p. 302 intelligit *τυχών*.

[3]) Nauckius ad h. l. docet, notiones verborum *ἅψασθαι, θιγεῖν, μετασχεῖν* subaudiendas esse.

[4]) Scriptura, quae traditur O. R. 1100 *Πανὸς ὀρεσσιβάτα προσπελασθεῖσ'* sana non est, cum metrum obstet.

[5]) Cf. Benloew l. l. p. 41. Kühner l. l. p. 306.

[6]) Ellendtius l. l. p. 808 censet, participium *ὠφελῶν* tanquam nomen substantivum genitivum postulare. Sed ea ipsa vis substantiva hoc loco cognosci non potest (cf. p. 15) atque dubito num vertendum sit „desiderio satisfaciens.“

[7]) Nauckius conicit *τῷδε δείματι*.

[8]) Huc non pertinere Sophoclis verba Ant. 488 sq. *οὐκ ἀλύξετον μόρου κακίστου*, perspicuum est.

In eodem errore versantur viri docti de genitivo, qui iuxta verba *ἀνύω* et *κατανύω* positus invenitur, ut Soph. El. 1451 et id. O. C. 1754 sq. Novam enim notionem verbi *τυγχάνειν* audiendam esse fingunt[1]). At liceat proficisci ab altero Electrae loco, ubi apparet ambigue dici Electrae illa verba *ἔνδον· φίλης γὰρ προξένου κατήνυσαν.* Quibus de verbis ita disserit Ellendtius[6]): „*Κατά* et ad et contra significans monet Hermannus ambiguam reddere orationem, ut Aegisthus nactos illos esse hospitam amicam intelligat, Electra autem in mente habeat confecerunt rem contra hospitam.“ Sed non video quo modo „ad“ in altera interpretatione lateat. Atque ita loqui opus est Electram, ut Aegisthus alterum verborum sensum facili opera statim perciperet. Idem vir doctissimus[2]): „Brunckius, inquit, explicat *κατήνυσαν τὴν ὁδὸν εἰς φίλης προξένου οἶκον*: non male alterum, sed ut *προξένου κατανύω*[3]) id sit quod *εἰς πρόξενον*, nemo unquam efficiet.“ Quamquam Ellendtio concedo talem ellipsin maiorem esse quam ut ferenda sit, tamen moneo nudum quoque accusativum omissa praepositione *εἰς* verbum *ἀνύειν* et composita sibi adnectere velut Soph. Ai. 707 *ἔτι μέ ποτ' ἀνύσειν τὸν . . . Ἅιδαν* id. O. C. 1562 sq. *ξένον ἐξανύσαι τὰν νεκρῶν πλάκα* id. Ant. 805 sq. *τὸν παγκοίτην . . . . θάλαμον . . . ἀνύτουσαν* Eur. Suppl. 1142 *ἤνυσαν τὸν Ἅιδαν*[4]). Itaque nihil nisi accusativus *οἶκον* vel *δόμον*[5]) omissus atque a Sophocle consulto in medio relictum est quid sit supplendum, ut anceps fiat oratio. Cum enim Aegisthus inpendentis mali nescius intelligat *φίλης γὰρ προξένου οἶκον κατήνυσαν*, Electra

[1]) Velut Struve l. l. p. 26. Ellendt l. l. p. 70.

[2]) l. l. p. 373.

[3]) Cave credideris talem ellipsin statuendam esse his Homeri locis Υ 13 *ὣς οἱ μὲν Διὸς ἔνδον ἀγηγέρατ' . .* Ψ 200 sq. *οἱ μὲν ἄρα Ζεφύροιο δυσαέος ἀθρόοι ἔνδον εἰλαπίνην δαίνυντο.* Adverbium enim *ἔνδον* praepositionis *ἐν* loco positum esse, manifestum est. Cf. p. 42 sq.

[4]) Cf. Escher l. l. p. 63.

[5]) Similiter explicandus est hic quoque Sophoclis locus Ant. 1103 sq. *συντέμνουσι* (sc. *ὁδόν*) . . . *τοὺς κακόφρονας βλάβαι.*

dicit *αἷμα κατήνυσαν*, velut dictum est Eur. Or 89 *αἷμα γενέθλιον κατήνυσαν*[1]).

Transeamus ad alterum locum O. C. 1754 sq.

Ant. *ὦ τέκνον Αἰγέως, προσπίτνομέν σοι*

Thes. *τίνος, ὦ παῖδες, χρείας ἀνύσαι*[2]):

Num igitur re vera verbum *ἀνύσαι* notionem structuramque verbi *τυγχάνειν*[3]) usurpavit? Immo cum verbo *προσπίτνειν* genitivus *τίνος χρείας* iungendus esse mihi videtur ita ut intelligatur *τίνος χρείας προσπίτνετέ μοι ὥστε ἀνύσαι;* Neque enim infinitivus epexegeticus *ἀνύσαι* miri quicquam habet, ad quem illustrandum haec sufficiunt exempla Soph. El. 219 sq. *τὰ δὲ τοῖς δυνατοῖς οὐκ ἐριστὰ πλάθειν* id. Ant. 489 sq. *κείνην ἴσον ἐπαιτιῶμαι τοῦδε βουλεῦσαι τάφου*[4]). Neque quisquam offendere potest in genitivo causae, quippe qui persaepe inveniatur velut Soph. El. 1027 *ζηλῶ σε τοῦ νοῦ, τῆς δὲ δειλίας στυγῶ* Eur. Phoen. 1683 *αἰνῶ . . σε . . προθυμίας* Soph. O. R. 47 sq. *ἥδε γῆ σωτῆρα κλῄζει τῆς πάρος προμηθίας* ibid. 1478 *εὐτυχοίης καί σε τῆσδε τῆς ὁδοῦ δαίμων . . . φρουρήσας τύχοι.* Thuc. II 74. 4 *τῆς μὲν ἀδικίας κολάζεσθαι.* Simillimus autem locus e Sophocle ipso petitur O. C. 1170. Oed. *μή μου δεηθῇς*

Thes. *πράγματος ποίου; λέγε.*

Nunc obiter attingamus haec Sophoclea O. C. 942 sq. *οὐδείς ποτ' αὐτοὺς τῶν ἐμῶν ἂν ἐμπέσοι*[5]) *ζῆλος ξυναίμων.* Facili enim opera intelligitur nihil proficere Nauckium, cum verbum *ἐμπίπτειν* (ad. h. l.) interpretatur *αἱρεῖν* vel *λαμβάνειν* quasi ex hac significationis novitate accusativus sit explicandus. Mihi quidem statuendum esse videtur verbum

[1]) Ne haec quidem exempla praetermittam: Eur. Or. 284 sq. *εἴργασται δ' ἐμοὶ μητρῷον αἷμα* et ibid. 1624 *αἷμα μητρὸς . . . ἐξειργασμένος*, quibus addo haec Eur. Or. 406 *ὁ συνδρῶν αἷμα καὶ μητρὸς φόνον* Aesch. Suppl. 449 *ὅμαιμον αἷμα γενήσεται.*

[2]) Dindorfii interpretatio (ad h. l.) mihi non placet.

[3]) Qua via notionem assequendi medium *ἀνύτομαι* acceperit Aesch. Prom. 700 *χρείαν ἠνύσασθ' ἐμοῦ πάρα κούφως* facile perspicitur.

[4]) Quem locum aliter intelligit Ellendtius p. 126 sq.

[5]) Cf. Eur. Iph. A. 808 sq. *ἐμπέπτωκ' ἔρως . . . Ἑλλάδ' οὐκ ἄνευ θεῶν.* De elisione litterae *ι* disseruit Lobeckius ad Ai. [3] p. 291.

ἐμπίπτειν transitivorum verborum usum sibi adscivisse. Neque desunt exempla quae eandem locutionem exhibeant, velut Soph. O. C. 1533 *ἀδῇον τήνδ' ἐνοικήσεις*[1]) *πόλιν* Aesch. Pers. 140 *τόδε ἐνεζόμενοι* id. Cho. 788 *οἳ μυχὸν ἐνίζετε* id. Eum. 404 *βρέτας ἐφήμενος* ibid. 446 *βρέτας ἐφεζόμην*[2]) id. Ag. 801 *ἰὸς καρδίαν προσήμενος* Pind. Ol. VI 83 *ἅ μ' ἐθέλοντα προσέρπει* Aesch. Sept. 93 sq. *πότερα . . . ποτιπέσω βρέτη δαιμόνων*; Soph. Phil. 485 *προσπίτνω σε γόνασι* (Eur. Suppl. 10. Iph. A. 900. id. Hec. 339 sq.). Itaque non dubito censere accusativum *ὅσα* Soph. O. R. 1298 *ὅσ' ἐγὼ προσέκυρσ' ἤδη* minime explicandum esse e notione „expertus sum", quae in verbo *προσέκυρσα* lateat[3]).

Idem indicandum est de verbo *ἐξίστασθαι*, quod cum accusativo iunctum est a Sophocle hoc loco Ai. 82 *φρονοῦντα γάρ νιν οὐκ ἂν ἐξέστην ὄκνῳ*, quod dicendi genus optime illustratur his exemplis: Eur. Bacch. 1044 *ἐξέβημεν Ἀσωποῦ ῥοάς* Herod. V 104 *ἐξελθόντα τὸ ἄστυ τὸ Σαλαμινίων*[4]) Thuc. VIII 102, 1. *βουλόμενοι ἐκπλεῦσαι τὰς τῶν πολεμίων ναῦς*. Eodem refero haec Homeri *Λ* 496 *ἀνεδύσετο κῦμα* *Ν* 225 *ἀνδύεται πόλεμον* *Ο* 227 sq. *ὑπόειξεν χεῖρας ἐμάς*[5]).

Restat ut disseram de verbo *ψαύειν*, cui Sophocles praeter usum accusativum loco genitivi adnexuit his duobus locis Ant. 960 sqq. *κεῖνος* (sc. *Ἠδωνῶν βασιλεύς*) *ἐπέγνω μανίαις ψαύων τὸν θεὸν ἐν κερτομίαις γλώσσαις* et ibid. 857 sq. *ἔψαυσας ἀλγεινο-*

1) Cf. Eur. Alc. 1051. Dativus invenitur Eur. Herc. fur. 1282.

2) Cf. Eur. Hel. 1492.

3) Cf. Nauck ad h. l. Kühner l. l. p. 301 adn. 9. Escher l. l. p. 70. Accusativos pronominum vel adiectivorum neutrius generis congestos invenies ab Eschero. Cum accusativi structura verbi *προσκυρεῖν* hoc quoque Pindaricum confero Pyth. X 33 sq. *κλειτὰς ὄνων ἑκατόμβας ἐπιτόσσαις θεῷ ῥέζοντας*.

4) Cf. id. VII 29. Huebschmannius: Zur Casuslehre 1875 p. 65 adn. 1 laudat suo iure latinae linguae analogiam: exire urbem. Eodem spectant Herodotea V 103 *ἐκπλώσαντες ἔξω τὸν Ἑλλήσποντον* et VII 58 *ἔξω τὸν Ἑλλήσποντον πλεῖν*. Nec secus verbum *ἐκπερᾶν* al.

5) E notione evitandi accusativum pendere censet Escherus l. l. p. 141. Homeri autem locutio eadem est, quae invenitur Thuc II 88, 2 *μηδένα ὄχλον . . . ὑποχωρεῖν*.

τάτας ἐμοὶ μερίμνας, πατρὸς τριπόλιστον οἶτον[1]). Vulgo a viris doctis docetur translata significatione verbi *ψαύειν* et increpandi (*κερτομεῖν, λοιδορεῖν*) et commemorandi (*λέγειν, μνημονεύειν*) accusativum requiri[2]). Ac primum quidem moneo verba *ψαύειν* et *θιγγάνειν*, cum genitivum sibi vindicare consueverint, in eisdem similibusque translationibus genitivum sibi adnectere solere. Haec sola liceat ad verbum transscribere: Eur. Andr. 249 *τῶν ἐμῶν ψαύσεις κακῶν* id. Jon 544 *φέρε λόγων ἀψώμεθ' ἄλλων*[3]) atque haec: Aesch. Ag. 1608 *τοῦδε τἀνδρὸς ἡψάμην*[4]) Eur. Heraclid. 652 *εἰ δὲ τῶνδε προσθίξει*[5]) *χερί*. Quod vero haec quoque inveniuntur Archil. frgm. 71 *εἰ γὰρ ὡς ἐμοὶ γένοιτο χεῖρα Νεοβούλης θιγεῖν*[6]), facile animum induxeris ut statuas Sophoclem ipsum quoque non tralata verbi *ψαύειν* notione commotum esse ut accusativum poneret, sed quod haec casuum vicissitudo in usu erat. Horum enim exemplorum analogiam advocandam esse censeo: Pind. Nem. III 10 sq. *ἄρχε δ', οὐρανῷ . . . θύγατερ, δόκιμον ὕμνον* Plat. Euthyd. p. 283 E *θαυμαστὸν γάρ τινα ἀνὴρ κατῆρχε λόγον* Eur. Hec. 685 sq. *κατάρχομαι νόμον βακχεῖον* (cf. id. Or. 960) Eur. Iph. T. 743 *σὺ δ' ἔξαρχ' ὅρκον* (cf. Hom. *B* 273 al.) Aesch. Sept. 700 *κακὸς οὐ κεκλήσῃ βίον εὖ κυρήσας*[7]) Hom. *B* 600 *ἐκλέλαθον κιθαριστύν* (sc. *μιν*)[8]) Eur. Hel. 264 sq. *τὰς τύχας . . . . ἐπελάθοντο* Herod. VI 136 *τῆς*

1) Verbum *λέγω* post nomen *οἶτον* audiendum esse non concedo Trawinskio (De accusativo ex phrasibus apto apud tragicos graecos 1865 p. 32). Idem vir doctissimus accusativum *τὸν θεόν* e sensu totius phrasis *ψαύων ἐν κερτομίαις γλώσσαις* (i. e. *κερτομῶν*) pendere putat. Nihilominus inquirendum est, num cum verbo *ψαύειν* ipso accusativus omnino iungi potuerit.

2) Cf. K. Lehrs in: Fleckeisens Jahrbücher 85 p. 310. Escher l. l. p. 70. Kühner l. l. p. 299 adn. 7. Ellendt l. l. p. 792. G. Curtius l. l. p. 181 s. r. *θιγ* al.

3) Cf. Eur. Alc. 964 Andr. 662 id. frgm. 924. 1 Soph. Phil. 407 sq.

4) Cf. Eur. Bacch. 1183.

5) Cf. Eur. Andr. 758 Heraclid. 273. 270. Hipp. 1086. Iph. A. 1361. 1351 Soph. O. C. 830. 856. 859. 863. Inspicias haec quoque exempla Eur. Hec. 728 Hipp. 885, 1044 Iph. A. 950 al. — Eur. Alc. 108. 937 Hec. 242 Tro. 1216 al.

6) Euripidis locus Herc. fur. 963 sq. *πατὴρ δέ νιν θιγὼν κραταιᾶς χειρὸς ἐννέπει τάδε* num conferendus sit, dubitare licet, cum accusativus *νιν* e verbo *ἐννέπει* pendere possit velut Soph. Ai. 764 *ὁ μὲν γὰρ αὐτὸν ἐννέπει*.

7) Cf. Pind. Isthm. V 36 Eur. Hec. 698. Rhes. 113 sq. 695 al.

8) Genitivi structuram invenis Hom. hymn. Ven. 40.

μάχης . . . . ἐπιμεμνημένοι καὶ τὴν Λήμνον ἄρσεσιν[1] Eur. Iph. A. 731 *παρθένους τημέλει*[2]). Quid? quod haec quoque verba accusativum sibi adnectunt, *καταφρονεῖν* Eur. Bacch. 503 *καταφρονεῖ με*[3]) *καὶ Θήβας ὅδε* et *καταγελᾶν* ibid. 286 *καταγελᾷς νιν*. Imprimis autem cum Sophoclis dictione *φαύω τινα* conferendus est Pindari locus Pyth. II 34 *Διὸς ἄκοιτιν ἐπειρᾶτο* (sc. *Ἰξίων*), quam accusativi structuram e tralata verbi *πειρᾶσθαι* significatione explicandam non esse probatur hoc loco Hom. Σ 600 sq. *ὡς ὅτε τις τροχὸν . . . κεραμεὺς πειρήσεται*[4]), et analogia verbi *πειρητίζειν*, cui accusativus quoque[5]) adnexus est *Μ* 47 *στίχας ἀνδρῶν πειρητίζων*.

Nihilominus multi et docti viri censebunt, cum *φαύειν τινά* artiorem iuncturam habeat quam *φαύειν τινός*, graviorem quandam verbi *φαύειν* significationem accusativi structura indicari. An Wilamowitzio adstipulemur, qui ad Euripidis verba Herc. fur. 28 *τήνδε δεσπόζων πόλιν* haec annotat[6])? „*δεσπόζω* wird, wie natürlich, gewöhnlich mit dem genetiv verbunden, als denominativ; wenn also hier der accusativ steht, so hat das eine besondere absicht, zumal der vers beides ertragen würde. es ist der unterschied, der *κρατεῖν τινός* 'stärker als jemand sein' von *κρατεῖν τινά*, 'jemanden in Gewalt haben' trennt: für unsere Empfindung also

[1]) Cf. Hom. *Ζ* 222 *Ι* 527 *ξ* 168 *ω* 122 Aesch. Cho. 492 al.

[2]) Cf Moschion 6. 11 sq. (N.). Huc pertinent verba *ἀμελεῖν* (cf. Herod III 163 Eur. Jon 438 sq.) *ἀλέγειν* (cf. Hom. *Π* 398 Hes. op. 251 Pind. Ol. XI 15 Aesch. Suppl. 751) al.

[3]) Cf. ibid. 842 Thuc. VI 43 al.

[4]) Huc non spectare Hom. *θ* 22 sq. Thuc. II 19, 1, facile cognoscitur.

[5]) Vulgo adnectitur huic verbo genitivus.

[6]) Euripides Heracles II² p. 12 sq. Confer ibidem p. 17 ad verba *Μινύας κρατήσας* (v. 50) „Her. hat Orchomenos unterworfen, daher der acc.. *Μινυῶν κρατήσας* würde nur besagen, dass er sie geschlagen hätte". Casibus autem ipsis contineri non possunt, quae aut e nexu sententiarum cognoscuntur aut perspicue exprimenda erant, nisi facta quae commemorantur nota sunt. Atque obstant permulta exempla illi interpretandi rationi velut Pind. Nem. X 25 *ἐκράτησε . . . Ἕλλανα στρατὸν Πυθῶνι* Thuc. I 109, 4 *Αἰγυπτίους . . . μάχῃ ἐκράτησε*, quibuscum conferas hoc imprimis exemplum Soph. O. C. 1385 sq. *γῆς ἐμφυλίου δόρει κρατῆσαι*.

ein gradueller"[1]). Quibus verbis nihil dicit Wilamowitzius nisi quid intersit inter verba denominativa et transitiva. Verum sensuum illam differentiam in casuum differentia niti negaverim. Cave enim, notionem verbi ullius augeri vel firmari credas accusativo adnexo. Haec docent Aeschylea, ut his utar, Suppl. 761 *βύβλου δὲ καρπὸς οὐ κρατεῖ στάχυν* (nicht kräftiger sein als[2]) ibid. 254 sq. *καὶ πᾶσαν αἶαν . . . κρατῶ* (ich herrsche über, beherrsche, besitze. non ich habe in der Gewalt) et Euripideum Ion 1094 sq. *εὐσεβίᾳ κρατοῦμεν ἄδικον ἄροτον ἀνδρῶν* (übertreffen). Contra genitivus invenitur his locis Euripidis Alc. 486 *οὐκ ἔστιν ἵππων δεσπόσαι σ' ἄνευ μάχης* (in seine Macht bekommen[3]), Hel. 1630 *δεσποτῶν κρατήσεις δοῦλος ὤν;* (den Herrscher vergewaltigen[4]) Herc. fur. 232 *σώματος κρατῶν* (seinen Körper in der Gewalt haben[5]), Aeschyli Sept. 960 *δυοῖν κρατήσας ἔληξε δαίμων* (töten), Sophoclis Ai. 1337 *ἐκράτησα τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων* (in seinen Besitz bekommen[6]). Itaque constare mihi videtur, in his quoque verbis struendis poetas variatae notionis rationem non habuisse. Quod mirum non est, quoniam et ipse genitivus obiecti loco eodem modo quo accusativus verbis iunctus est, quae tum

[1]) Item indicat Delbrueckius quoque, qui laudat (Grundlagen p. 39) hanc definitionem J. Grimmii: „Der Accusativ zeigt die vollste, entschiedenste Bewältigung eines Gegenstandes durch den im Verbo des Satzsubjekts enthaltenen Begriff. Geringere Objektivierung liegt in dem Genitiv, die thätige Kraft wird dabei gleichsam nur versucht und angehoben, nicht erschöpft".

[2]) Cf. Oberdick ad h. l. p 164 (1869).

[3]) Cf. Soph. O. C. 408. 1207. Aesch. Prom. 930.

[4]) Cf. Eur. Herc. fur. 258. adesp. frgm. 544, 2 (N.).

[5]) Cf Soph. El. 1175 Chares 2, 1 id. 1. 4 adesp. frgm. 522, 2. Eur. frgm. 413, 4 id. Ion 746 Soph. O. C. 400. 405. Eur. Herc. fur. 337 sq. al.

[6]) Cf. Eur. Phoen. 591. 1253 id. Andr. 928.

scilicet transitive[1]) dicuntur. Inter hunc igitur genitivi usum et accusativum notionis nihil intercedere, mihi persuasissimum est. Quibus tamen de causis Sophocles aliique scriptores[2]) ab usu vulgari recesserint, viderint alii.

Interim hoc me evicisse spero ne Sophoclem quidem etsi liberius se gessit in struendis verbis, novam et inauditam dicendi rationem invexisse.

[1]) Aliter iudicat Wilamowitzius l. l. p. 77 ad Eur. Herc. fur. 333 *οὐ φθονῶ πέπλων*: „*φθονέω* ist als denominatives verbum eigentlich intransitiv, 'scheel sehen' . . . Da es wenigstens seit der zeit, die wir übersehen, besonders von dem kargenden, mit bösem blicke höchst missgünstig gebenden oder verstattenden gesagt wird, tritt ein scheinbares objekt dazu, das worauf sich das scheelsehen wider jemand richtet; so könnte hier *οὐ φθονῶ ὑμῖν πέπλους* stehen" (Cf. Soph. O. R. 310. Eur. Bacch. 1005 Iph. T. 503.

[2]) Cf. Aesch. Cho. 80. Pers. 897 sqq. al.

SENTENTIAE CONTROVERSAE.

1. Aesch. Cho. 952 sq. sic scribendum est: *κρατεῖ δ' εὐπετῶς τὸ θεῖον τὶ μὴ / ὑπουργεῖν κακοῖς.*

2. Soph. El. 513 sq. servanda est scriptura quae traditur *οὔ τίς πω / ἔλιπεν ἐκ τοῦδ' οἴκου* (vulgo *οἴκους*) / *πολύπονος αἰκία.*

3. Eur. Or. 429 pro *σόν* ponendum est *σῶν.*

4. Eur. Jon 1028 verba depravata *ἅ σε σπεύδει λαβεῖν* sic restituenda sunt *ἅ σ' εἶ γε χρὴ λαθεῖν.*

5. Eur. Hel. 687 scribo *δυσγάμῳ αἰσχύνᾳ.*

6. Eur. Hel. 1374 propono *ἥρμοσεν τύχη* pro *ἥρπασ' ἐν τύχη.*

VITA

Alfredus Hillert Posnaniensis natus sum a. h. s. LXIX a. d. III Kalendas Sept. patre Ferdinando, matre e gente Tiebel, quos superstites valde gaudeo. Fidei addictus sum evangelicae. Litterarum elementis imbutus Berolini in gymnasio Sophiano, frequentavi in hac eadem urbe gymnasia Leibnizianum et Coloniense, in quo maturitatis testimonium assecutus sum. Cuius rectori F. Kernio, qui studia mea optime fovit et auxit, summas ago gratias. A. h. s. LXXXVIII inter cives academicos receptus studiis philologiae et archaeologiae operam dedi in sola universitate Berolinensi. Docuerunt me vv. dd. Curtius, Diels, Furtwängler, Hirschfeld, Hübner, Kalkmann, Kekulé, Kirchhoff, Kretschmer, Paulsen, Robert, Rothstein, Vahlen, Zeller. Exercitationibus philologis ut interessem Diels, archaelogis Robert et Curtius, philosophis Zeller benigne mihi concesserunt; quibus omnibus gratias ago quam maximas, imprimis Dielsio et Curtio quid debeam numquam obliviscar.